




# **Epistolae Iapanicae : de multorum gentilium in varijs Insulis ad Christi fidem per Societatis nominis Iesu Theologos conuersione.**

<https://hdl.handle.net/1874/433499>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

F. Oct.

309










## Miscellanea Theologica

Octavo nº. 309

11-20  
11-21  
11-22



21

Nº 193. BB.

N. 29. C.

N<sup>o</sup>. 11. Dd.

EPISTOLÆ  
IAPANICÆ,  
DE MVLTORVM GENTI-  
lium in varijs Insulis ad Christi  
fidem per Societatus nomi-  
nis Iesu Theologos  
conuerstione.

In quibus etiam mores, leges,  
locorumque situs, lucu-  
lenter descri-  
buntur.

LOVANI<sup>I</sup>,  
Apud Rutgerum Velpium,  
Sub Castro Angelico.

Cum Priuilegio Regio  
Ad 4. Annos.

1569. 16



وَالْمُؤْمِنُونَ

أَنَّهُمْ أَعْلَمُ بِمَا يَصْنَعُونَ

إِنَّمَا يُعَذِّبُ اللَّهُ الظَّالِمِينَ

فَإِنَّمَا يُعَذِّبُ اللَّهُ الظَّالِمِينَ

إِنَّمَا يُعَذِّبُ اللَّهُ الظَّالِمِينَ

# ILLVSTRISS.

PRINCIPI AC DOMINO

*D. Gulielmo, Comiti Palatino Rheni,*

*utrinque Bauariae Duci, &cet.*

*Domino suo clemen-*

*tissimo.*



A M dudum, Serenissime  
atque Illustrissime Princeps, Domine clementissi-  
me : commodam aliquam  
& idoneam occasionē da-  
ri, vehementer gestio, qua  
ego Bauarię Domui deuinctu\*, & omnibus  
ei (quod aiunt) constrictus vinculis, meam  
V.C.voluntatem testari queam, animumq;  
de beneficijs acceptis ostendere gratissimū.  
Nam cùm sciam fatearque duabus potissi-  
mum de causis me vobis debere plurimum:  
& quòd liberalitatē vestram nunc priuatim,  
nunc publicè expertus sum sæpius, & quòd  
indies magis magisque mea studia com-  
mendata vobis probari intelligo: meritò sa-  
nè & x apis i & criminē notari debeam, si be-  
neficiūm acceptū dissimulando eas (quas  
referri fortuna non patitur) ingenij vel ani-  
mi qualibuscunque dotibus gratias habere

ij non

## P R A E F A T I O.

non studeam. Etenim serenissime Princeps  
domine clementissime, licet ingratum esse  
in quouis homine reprehensionem merea-  
tur non leue, & apud veteres pro tanto sit  
habitū semper crīmīne, ut quidā collata in  
ingratos beneficia maleficia dixerit: in eo ta-  
mē cum primis & maximē damnandū est  
hoc vitium, qui vel benefacta malefactis cō-  
pensat, vel silentio prætermissa tanquam  
non collocata dissimulat. Quod autem  
**Catoni** Quæstori & Scipioni Ennius, quod  
Octauio Augusto Virgilius, quod Mecœ-  
nati Horatius, quod alij poëtæ clientes vn-  
quam suis dominis patronis, hoc ego &  
amplius debere me fateor serenissimo po-  
tentissimoque Germaniæ principi Catho-  
lico, ac Domino D. Alberto vtriusque  
Bauariæ duci T. C. parenti, domino meo  
longè clementissimo, mihiq; post Deum &  
diuos religiosè & piè obseruādo. Eius certè  
ut maxima ac penè immortalia in me ex-  
tant beneficia, ita etiam plurimis in Remp.  
Christianā & Ecclesiā (cui omnia debemus)  
catholicam meritis virtus sua illustrata est,  
ut prorsus nesciam, aut, si scio, vt dubitem,  
vtrum generosissimum T.C. parētem inter  
alios catholicæ professionis principes tan-  
quam eximium pietatis & veræ religionis  
assertorem venerari, an vero vt beneficium  
dominum

## P R A E F A T I O

dominum, tutorem, & in suos poëtas catholicos catholice liberalē Mecōnatē obseruare debeam: vnum scio & affirmare nō dubito, quod eius apud me in obliuionē venire nō possint merita. Nā cūm ille sit Princps ex Pythagoræ sententia (quem magis veneratur quam metuunt subditi) iustus, seuerus, grauis, magnanimus, largus, & beneficis, clemētia pariter & liberalitate instruētissimus: cumq; in Atheniensium illa Rep. olim aduersus ingratos actio constituta fuerit; quippè qui bene merito parem referre gratiam negligendo dandi & accipiendi beneficij tollunt commercium: quomodo ego grauissimam & x̄ apisi & reprehensionem nō merear? si, post tot accepta beneficia serenissimi Principis mei tacēdo liberalitatē dissimulē; & non potius tibi Illustrissime Princeps veræ optimi parentis imaginē voluntatem declarē meam, & animū tester gratissimū, qui veluti haētenus diligenter semper cauit, ne cui suspicionem malē collocati beneficij daret: ita etiam posthac operam daturus sum, & studebo quam maximē, ut actarum in studia mea impensarum neque Principem pœniteat, neque quenquam conſiliariorum mei commendati pudeat. Nam quæ rarius poëtis solent contingere: etsi facultates defuerint, animus tamen & benerdi

## P R A E F A T I O.

merendi studium gratificandiq; promptissima voluntas nunquam defutura sunt.

Cum igitur Rutgerus Velpius hic apud Louanienses typographus nunquam antehac excusas de admirabili apud Indos Christianæ religionis profectu & incremēto, per Reuerendos & doctissimos laudatissimæ Societatis Iesu Theologos è Iapania vñque missas, prælo suo publicadas aptaret epistolas, meq; rogaret, quando vacarem à Spōgia (id enim scripto meo, quo ad Schmidlini columnias & VVolfmerti ineprias respondebam, nomen est) ut tantum sibi temporis tribuerem, quantū præfationi epistolis istis Iapanicis præfigendæ satis esset:putauit homini amico & pio nō denegandū esse quod peteret, maximè cum multa in ijs ad communē omnium doctrinā scripta legerē, plura indè aliquando profectura esse commoda prospicerē. Sumenti itaq; in manus calatum (nam iam vnā cum calamo Spōgiā Schmidlini & VVolfmerti sordibus immundam abieceram) in mentem venit præfationem istam T.C.nomini inscribendam esse, quod te paternæ virtutis æmulatorem, catholicæ religionis assertorem, historicæq; veritatis & iucundæ nouitatis studiossimum esse recognoscerem. Inuenies autē & admissaberis in Epistolis istis Iapanicis, plurimos ex gen-

## P R A E F A T I O.

ex gentilibus ad Christi fidem catholicam  
conuersos : audies quoque è barbaris &  
æv̄θ ρωτωφά τοις humanos & totos φιλαν-  
δρώτας factos, de Christo piè & sanctè ver-  
ba facere, & cū gratia de diuinis mysterijs  
placidè differere, immēsam Dei bonitatem  
anteā incognitam prædicare, eamq; alijs an-  
nunciare ad Christi fidem conuertendis gé-  
tilibus. Haec ipsæ epistolæ earum tibi in pri-  
mis rerū testes erunt, quæ geruntur in Iapa-  
nia, simulq; gaudiorum & lætitiae nuntium,  
lucemq; veritatis adferent certissimam.  
Hic primò illius olim Apostolorū tempore  
florentis Ecclesie simplicis, sanctæ & inte-  
græ immaculatum, incorruptum & purum  
statum licebit deprehendere : vbi nihil si-  
militū, nihil fucatum, sed omnia vera, om-  
nia sincera conspicies. Hic certè, quod pro-  
prium historiæ Plinius afferit, verū esse cō-  
peries: Rerū videlicet gestarū seriē quoquo  
modo scriptā delectare. Quāuis enim, illu-  
strissime princeps, oīs oratiōi fucus defutu-  
rus est (simplex enim & plana est veritatis  
oratio) quāuis pura & nuda erit rerū gesta-  
rum & actionis continuatio, quamuis sim-  
plex historiæ narratio : ita tamen senties te  
affici & ad eā legendam cognoscendamq;  
mirabili modo pertrahi, vt dicturus sis &  
fassurus ingenuè, te tanquam genio aliquo

## P R A E F A T I O:

ducente, ad res Indicas magis magisque re-  
cognoscendas impelli & incendi diuinitus.  
Sed quid ego harum epistolarū laudes enu-  
merem, de quibus sano viuorum & præsen-  
tium hominum iudicio commendatissimis  
præstat plurima tacere, quām tantum pau-  
ca dicere.

Vt itaq; missa ista faciam, & nihilominus  
honesta Velpio peteti morem gerā: ita ora-  
tionem instituendam duxi, vt hæc mea siue  
nuncupatoria siue præfatio epistolis ex In-  
dia & Iapania missis præfixa mereatur dici  
in illas præfatio, hoc est quæ ita cū illis con-  
ueniat, vt prorsus cum sequentibus eadem  
continuatione & rerum serie contexta, &  
aliae ex hac mea præfatione adnexæ, atque  
inter se aptæ, & quasi per materiā & argu-  
menta sibi cohærentia colligatæ censeantur.  
Hoc autem, illustrissime princeps, commo-  
dissimè facturus videbor, si à Principio in-  
stitutæ Societatis Iesu originem & progres-  
sionem scriptis paucis persequar: quod ut  
confido T.C.gratum futurum, ita etiam li-  
benter & diligenter idem facturus sum.

Iam anno 1520. die verò Iulij mensis 27.  
propter impiam & horrendam malè & per-  
tinaciter defensam hæresim Martinus Lu-  
therus vt homo arrogans & superbus, ita e-  
tiā ex instituto D. Augustini monachus am-  
bitiosus

Veneno  
remediū  
obitū.

## P R A E F A T I O.

bitiosus Romæ per pontificem Romanum  
hæreticus declaratus erat : cùm anno 1521.  
Deus Opt. Max. ab Ignatio sanctissimæ So-  
cietati Iesu contra hæreses remedio futuræ  
initium faceret. Iste autem Ignatius nobili  
genere natus, vir apprimè pius, cùm à re mi-  
litari ad sanctioris & perfectioris vitæ ge-  
nus à Deo vocatus esset, cogitauit meliori id  
ratione & via fieri vix posse, quām si quē-  
dam viuēdi modū institueret, qui ab aduerso  
cum hæreticorum vita, moribus & doctrina  
pugnaret. Quò certè factum est, vt ipse non  
ita multò pōst plurimos ad hoc vitæ genus  
excitauerit, plurimos quoq; conuerterit, cō-  
uerteros in religionis & fidei catholicæ officia  
tenuerit fideliter, & cōfirmauerit feliciter.  
Felicius verò votis suis & pijs conatibus  
satis factum est, atque ipse tunc instituta sua  
perfecit plenius, quādo homo literarū igna-  
rus alios decem scientiarum scripturarūque  
peritissimos sibi adiungeret : quibus postea  
comitatus socijs, cùm Romam venisset, ob-  
tinuit vt pium vitæ suæ institutum anno  
1540. Summus Pontifex decreti sui & offi-  
cij auctoritate confirmatum studiosè liben-  
terq; comprobaret.

Interea viri isti de sua & cōmuni omniū  
salute solicii, considerantes vbique malos  
mores, malæque consuetudinis corruptelam  
inua-

## P R A E F A T I O.

inualuisse, ut iam per eam radicibus suis  
tanquam aculeis in hominum animos di-  
missis hæreses latè serpere inciperent, &  
contagium passim agerent: ipsi inter se  
diuino implorato auxilio deliberant &  
consultant anxiè, quomodo tantis malis oc-  
curri possit quam citissimè: tandem verò  
ea, tanquam potissima, illis stetit sententia,  
qua suam Reip. Christianæ & laborati Ec-  
clesiæ decreuerant operam, quam certè ut  
haec tenus diligenter, ita etiam nauauerunt  
utilissimam.

Sparguntur itaque primò per Italiam, de-  
inde ad alia Europæ loca se conserunt: &  
quamuis magnas paterentur iniurias, gra-  
uesque passim contumelias acciperent, &  
varijs afficerentur ignominij (quemadmo-  
dū fieri solet, vbi peccatis liberius contradic-  
tur) multis tamen pijs familiaribusq; col-  
loquijs, exercitijs spiritualibus, concioni-  
busq; efficacibus, admodum magnâ homi-  
num confluentium & concurrentium mul-  
titudinem, non solum in téplis, veruetiam  
in viarum compitis ad detestanda peccata  
cù summo fructu sunt adhortati: quarè non  
solum ad frequentem obseruandorum Sacra-  
mentorum: ut confessionis & corporis Do-  
minici: usum perduxerunt, verumetia plu-  
rimos & passim Ecclesiæ pastores & reli-  
giosos

## P R A E F A T I O.

giosos ad sui piam æmulationē , vt idē facitarent, incitārunt, qui publicē in suis cōcionibus has ipsas exercitationes , promoūendae virtutis rationes, & Societatis instituta plurimū cōmendārunt . Vndē postea consecutū est, vt in Italiæ aliarumq; regionum locis sanctissimi Sacramenti Societas & operum misericordiæ ad usum pauperum & orphanorum viduarumq; & peregrinorum institutæ sint. Quibusdā etiam in locis apostatis ab errore suo reductis, mētricibus ad meliorē vitā & castiore mētem à libidinis studio reuocatis , Iudeis ad Christi fidē conuersis ædes, in quibus habitarent & alerentur, extructæ sunt. Pauperibus quoque & miseris Prochotrophæ & Xenodochæ erēcta, & monasteria, vel colapsa, vel neglecta pristino decori restituta sunt, & tāquam prorsus instaurata. Illud autem præter immensum fructum, qui factus est, videtur non minima laude dignū, quod in Sicilia edicto cautū fuit, ne medici tertio vllum ægrum, nisi confessum inuiserēt, quod & obseruatum est alibi : Utinā inter Christianos vbique. Postea in Sardiniam Societas missa est, vbi anteā maxima erat rerum diuinarum ignorantia, morumq; & bona corruptela consuetudinis.

Posteaquām iam per totum Christianorum

## P R A E F A T I O.

rum dispersus orbē rumor de noua hac So-  
Emanuel ciet ad aures D. Emanuelis Lusitanię Re-  
Lusi. Rex gis peruenisset scriptis à summo Pontifice  
petijt literis , vrlsibi duos Societatem hanc  
professos Theologos in Indiam porrò pro  
gentilium cōuersione mittendos ablegaret.  
Rex autem iste non suam modò , sed & a-  
liorum salutē sibi curādam esse arbitratus,  
in hoc totus incubuisse dicitur , vt Christi  
suavi iugo barbaræ gentes se submitteret.  
Missi sunt Reuerendi in Christo Patres D.

Xauier. Franciscus Xauierius , & P. Simon, qui inter  
primos Societati nascenti auctores erat, viri  
vitæ innocētia & scientiarum varietate cō-  
mendatissimi. Dum parandis iam & in-  
struendis navibus multum & longum tem-  
pus impertiendū esset, regios aulæ Lusita-  
niæ ministros aded ad pietatē inflámârunt,  
vt frequentes ad peccata confitenda indu-  
xerint, multiqüe Magnatum & Principum  
filij (inter quos ita Patre Rege iubente, qui  
& ipse pietatis fervore accensus suis exem-  
plu esse voluit, ipse Princeps Lusitanię Re-  
gis filius singulis Veneris diebus confessus  
est) de peccatis admissis confessionem fa-  
ciendam receperint. Mirum videri posset,  
qualiter ciues quām plurimos ad sui imita-  
tionem excitauerint. Iamque tantum bonū  
in omnes ferè Lusitanię partes se extéderat,

Imitatio  
ne dignū  
exem-  
plum.

cum

## P R A E F A T I O.

cū brevi temporis spatio amplissimos fructus factos Rex cōsiderans, alterū R.P. Simonē apud se detinuit, tandemq; insigne collegiū Conimbricē sanctissimo Iesu nomini extructū voluit. Sed vnde deflexit, coeuertatur oratio: P. Frāciscus in principio anni salutis humanę 1541. in Indiā transiit, vbi, quemadmodū & in Ormutio vicinisq; locis, Malacca, Iapania, & Moluccis insulis infinitū gentiliū numerū ad Christi legē cōuertit: tandem verò piè & benè suo munere defunctus, dū in Sīnā nauigaret, mortuus est, multisq; claret post fata miraculis.

Quoniā verò Indorum res Regi cordi erant, & plurimi viri graues nobilitate pariter & doctrina insignes societatē ingredere-  
tur: anno 1542, habito inter cōsiliarios ma-  
turo cōsilio, de modo Indorū gentē ad Chri-  
stū adducēdo, deliberatū est, vbi cōmuni o-  
niū consensu & iudicio Societatis humeris  
onus hoc imponēdū, & collegia fundanda  
esse cōcluditur, totiusq; religiōis negotiū in  
India Societati cōmittitur, cui etiā duces  
hac in re subesse cogātur. Atque ita multis  
privilegijs societas aucta est, aliiq; ad Patrē  
Xauierium pro Christi fide operarij ex So-  
cietate Christi missi sunt, qui sterile Indo-  
rum vineam excolerent.

Initio quoque anni 1548. missi sunt nō-  
nulli

## P R A E F A T I O.

nulli ad inferiorem Æthyopiam vltra æquinoctialē sitā, vt illam quoque vineā, quæ iā multos Christi ciues habebat excolet, vbi tñ & propter operiorū inopiā & vitæ im probitatē, partim negligebantur, partim cōculcabatur semina Euangeli. Ex Societate præterea à summo Pont. delesti sunt Patriarcha & Episcopus, qui cū nonnullis alijs superioris Æthiopiæ Nilo adiacentis Regē non sine vitæ periculo adirēt, et schismati- cos illos, de quibus spes erat, ad Ecclesiæ vnionem reuocarent. Mox & ad alia Afri- cæ loca Mozabicam, Sofalam, & tandem anno 1549. ad regnum Mahambanum, & ad potentissimum Manamotapē Regem icum est, vbi vnu propter sanctam Chri- stiani nominis professionem capitale sup- plicium passus est, quemadmodum & alijs alijs in locis maximam diuersorum tormē- torum vim propter Christi nomen perferre non detrectarunt: vsque adeo boni isti Pa- tres à morte non abhorrēt, dummodo alios aut aliquos Christo lucrifaciant. Quinimq; ad vastissimæ Brasiliæ incolas homines (si tamen hominis appellationē merentur, qui humanis vescuntur carnibus ἀνθρώποις) filuestres & feros nihil præter huma- nam figuram habentes, profecti sunt: vbi ta- men quemadmodum & in America magis ad se;

## P R A E F A T I O :

ad septentrio[n]em vergente, nō sine magno  
emolumento & fructu per sanctæ Societa-  
tis Iesu Theologos verbum Dei & Euangeli-  
um prædicatum est. Atque hæc de Indis,  
quibus laudatissimæ Societatis Iesu benefi-  
cio Christi Euangelium antea aut incogni-  
tum, aut saltem nomine notum scire & no-  
uisse contigit: quod solum firmissimo ar-  
gumento esse posset Catholicam eandemq;  
Romanam, & non aliam, veram esse Eccle-  
siam, penes quam syncera sit fides, & vera  
religio, qua veluti vniuersæ nationes, &  
gentes barbaræ ad Christum adductæ sunt:  
ita etiam per eandem Indos ad Christi Ec-  
clesiam adduci oportere. Hanc vnam eä-  
demq; fidem Catholicam ipsi à Christo ac-  
cepunt Apostoli: hac vna & eadem fide  
Catholica prædicata Apostoli & Aposto-  
lorum discipuli gentes conuerterunt: hac  
quoque vna eademq; fide manente reliquæ  
gentes (si quæ restant conuertendæ) ad Chri-  
stum adducendæ sunt. Hinc factū videmus,  
vt Arrianis, Nestorianis, Pelagianis, Dona-  
tistis, aliisq; inter medios gentiles & Chri-  
sti hostes habitantibus hæreticis Christus  
suam denegaverit gratiam, qua gentiles po-  
tuissent ad Christi fidem amplectendam in-  
ducere: Catholici autem iam à principio et  
primo Christianæ religioni iacto fundamē-

to, ad

## P R A E F A T I O.

to, ad præsentem usque diem potuerunt & debuerunt diuersas in diuersis locis oues diuersas & aberrates ad verum Christi ouile adducere, sicuti ex supradictis quilibet satis planè colligit, planius & plenius intellectus, si ea quæ in istis & alijs anteà excusis epistolis continentur, diligenter examinet, perpendat, & ad doctrinæ Christianæ præcepta sincerè dirigat. Sed quo pro labore hæc de Indicis dicta sufficiant, & tandem ad eam quam nos habitamus orbis partem veniamus, & de ijs qui in Germaniam & Belgium missi sunt, agamus.

Anno 1542. P. Petrus Faber, & P. Cladius in Germaniam missi sunt, qui multis principibus, magnatibus & piæsulibus existentes solatio tam grati semper fuerunt priùs Regi, & posteà eidem Romanorum Imperatori Diuo Ferdinando tuo, Serenissime princeps, auo materno, ut semper eū recusanti Episcopatu valde opimū sæpius P. Claudio obtulerit, & Collegia aliquot Societati regia magnificentia extruxerit: quæ posteà secutus serenissimus atq; Illustriss. Princeps ac Dominus D. Albertus vtriusq; Bauariæ Dux &c. T. C. parens Dominus meus clementissimus: quæ (inquam) & alij Principes & Electores Episcopi per vniuersam Germaniam feliciter imitati sunt, atq; etiam

## P R A E F A T I O;

etiam nunc diuersis in locis imitantur. D<sup>e</sup>  
 Scotia, Gallia & Hybernia curiosius nolo  
 persequi, q<sup>d</sup>. d. Societatis incremēto in hoc  
 nostro Belgio agere constitui, id quod ego  
 tibi gratius futurū existimo, q<sup>d</sup> in ista pa-  
 tria, maximē verò Hollandia, Zelandia, &  
 Phrygia Principū Bauatiæ plurimē exten-  
 antiquitates, & terræ nō tā propria q<sup>d</sup> gra-  
 ta, vtrinq; tamē vera, insignia Agam itaq;  
 de felici profectu, & incremento Societatis  
 in Belgio cursim & breuiter, sc̄ tñ vt, quæ  
 dictu videantur necessaria, non p̄ttereā.

Petrus Faber omni virtute & doctrina  
 egregiè instructus relictis Hispanijs in Gal-  
 liam, ex Gallia porrò Francisco Strata iuue  
 ne Hispano docto & eloquente comi-  
 tatus, anno 1543. Louanium venit. Vbi is  
 primò quorūdam rogatu priuatas quasdam  
 conciones habuit: posteā in publicum quē-  
 dam locum prodijt, qui cūm auditores, qui-  
 bus erat gratissimus, non caperet: iussus est  
 in S. Michaelis fano ample satis & capace  
 è suggestu ad populū dicere, vbi tanta gra-  
 tia cum summo vniversi auditorij applausu  
 concionatus est, vt ipse mediocreter tātum  
 doctus, totius Academiæ doctoribus &  
 Professoribus doctissimis non modò perpla-  
 ceret, sed ad idē attentandum in hoc vite, &  
 disciplinæ genere nonnullos viros doctos

Petrus  
Faber.

Stata.

## P R A E F A T I O :

excitaret : qui & ipsi Ecclesiæ rebus bene  
eis cupientes à vitijs ad virtutem homines  
impellere contenderent. Porro dū hęc fuit,  
plorimi viri docti & graues, qui posteā vel  
alijs regendis aut docendis præfecti sunt,  
vel protelfores exciterunt, pium Societatis  
Iesu Theologorum institutū amplexi sunt,  
& partim Romanū, partim in Hispaniam  
ad perfectionis magistros abiēre: alij vero à  
R. P. Petru Fabro pietatis institutiones am-  
biebant, quodd (credo) Societatē Iesu Reip.  
conseruandæ utilem cornerent, & miseram  
temporum calamitatem, contra quam So-  
cietatis huius usus esset, aliquando futura  
prospicerent. Dum hęc ita se haberent, &  
Societati feliciter & prosperè omnia succe-  
derent, cœperunt cogitare non malè Reip.  
& Societatis instituto consultū fore, si, qui  
dispersi erant, invnam familiā conuenirent.  
Itaque anno 1547. quadam grata simplici-  
tate delectati, & simplici puritate contenti  
sine superiorē simul vivere accepérunt: quod  
cū factum esset, ecce Deus statim D. Frá.  
ciscus Knobardum vitam integerimum  
incitatit, qui domum suam, quam iuxta S.  
Michaelis fanum habebat, ad annos 12. So-  
cietati habitandā cōcederet, vt vero omnia  
ab uno pendentia capite rectius institueré-  
tur, anno 1549, qui reliquis tanquam in-  
spector

spector adesset, unus congregationi cū singulari & magno fructu datus est. Nam dum multi vitam suam rectius & melius institutam cuperent : tum ad spiritualia exercitia, tum ad frequētes cōfessiones, magnus hominum concursus factus est . Henricus Baxius in S. Michaelis æde pastor, plebis iuādē studio motus, primus in tēplo suo cōciōaturis & peccatorū cōfessionē excepturis locū fecit: deinde in D. Petri æde ad confessiones audiēdas vocati sunt, vbi adhuc nō cū paruo pietatis & disciplinæ exēplo cōfessionibus audiēdis quotidiē prēsunt. Quid de exercitationib⁹ spiritualib⁹ & ratiōe vitę melioris instituēdē dicā? cūm nō tātū plebei & rudiores, verū etiā graues, docti & magnē auctoritatis viri Theologis Soci. Iesu quasi preceptoribus adhibitis in ijs multū proferint. Anno 1553. Bernardus Oliverius, & M. Quintinus pij pariter & docti viri ex vrbe Roma in Belgij Tornacū deuenerūt, vbi cōcionibus, pijs cohortationibus colloquiisq; & pietatis operib⁹ insistētes, dū peſtilētia laborātes, & infectos cōtagiosis morbis hoiēs cōsolantur, & visitāt, in eūdē morbū inciderūt, ægrotusq; P. Bern. prouincialis prēposit⁹ in hac prouincia pri⁹ ex vrbe vix creatus ipse accepto nūtio cū socio moritur, non paruo sui desiderio ciuib⁹ relieto qui eius exemplō posteā moti Socie-

## PRÆFATI<sup>O</sup>:

Prouinciales.

tatem habere cupuerunt : ei verò mortua  
vir administrandis rebus admodum ido-  
neus D. Euerardus Mercurianus An. 1557.  
successit.

Regis Pri-  
uilegiū.

D. Elias  
Schore,

Circa hæc tempora R.P. Ribadeuera vi-  
Hispanus nō minus eloquens, & dicēdi pa-  
ritus, quām pius Louanium venit , vbi ex  
Ciceronis sententia humilia subtiliter, ma-  
gna grauitē & mediocria tēperatē tractata  
pronuncians in magna auditorum frequen-  
tia disposite , ornatē & copiosē semper di-  
xit: cuius orationi, veluti neque prudentia,  
neque consilium defuit, ita etiā in aula plu-  
rimum valuit . Nā Catholicus Hispaniarū

Rex Philippus per vniuersum Belgium san-  
ctam hanc Societatem viuere, & sua habe-  
re collegia permisit: vnde considerates qui-  
dam (pios & verè non simulatē consi-  
liarios Catholicos) quām pro matris Eccle-  
siæ salute strenuè laborarent diligentes isti  
in Christi vinea operari, simulq; prospicie-  
tes quod aliquando futurum posset contin-  
gere: pium Societatis institutum quacunq;  
potuerant ratione & modo promouerunt  
officiosē, & iuuārunt consilio, profuerūt be-  
nificio: inter quos Elias Schore cōfilio Bra-  
bantiæ à secretis, vir bonus, & ob pietatē  
& maximā in pauperes largitatē æterna  
memoria dignissimus , qui amplis ædibus  
Socie-

## P R A E F A T I O.

Societatem donauit.

Anno item 1561. (quo tempore etiā Dionanti Societas innocentia) Reuerendissimus, atque Illustrissim. Princeps ac Dominus D. Maximilianus à Bergis Cameracensis Episcopus, suorum saluti optimè cōsulens, Rectores Societ. & cōtates quosdam ex vrbe vocavit, cum quibus tunc primum, qui Societatis collegijs praeſent, Rectores Tornacum & Louaniū missi sunt.

Iamq; Tornacense Collegium, & præceptorum doctissimorum diligentia, & auditorū numero erat florentissimū, cùm schola iniurijs, vel potius furijs Iconoclastarum solueretur: qui in domū irruētes, res quaslibet obuias partim discerpebāt, partim confringebant, partim etiā auferebāt, fratribus interim, qui in horto flexis genibus mortem expectabant, orantibus, qui à domo sua prohibiti & exclusi, præter minas & conuitia nihil incommodi acceperūt. Louanij quoque ab anno 1562. Societas magnum incrementū sensit, vbi nō solum uno anno quadraginta aliquot pium institutū Societatis sunt amplexi, verum etiā tantus in pietatis exercitijs meditationibusq; erudiri cupientiū aliquando simul extitit numerus, vt neque locus, neque præceptores recipiendis sufficerent. Volens itaque Dominus Gualterus Konſessor

Domin⁹

Gualter⁹

Konſe-

lius:

## P R A E F A T I O :

terus Runselius D. Petri Canonicus, & sa-  
cræ Theologiæ Licentiatus Societatis in-  
stitutum, quod consilio diu fouerat, etiam  
iuuare beneficio, anno 1565. domum, quam  
habebat, non modò donauit liberaliter, sed  
veterum, & sanctorum Patrum exemplo ad  
eius partem se recipiens, curauit ut Senatus  
auctoritate comprobante, Societas hæc hæ-  
reditatem {nisi fallor} primam adiret. Nam  
eius domus, quam olim liberalitate & vir-  
tute commendatissimus Elias Schore eme-  
rat: anno 1568. hæreditatem primū adiuit  
Societas, procurante id, & optimi patris  
voluntati cupiente satisfacere, doctissimo &  
clarissimo viro D. Doctore Ioanne Schore  
Eliæ Schore filio, qui apud Senatū Catholi-  
cum sponte sua paratissimum diligēter hoc  
perfecit negotium.

Anno quoque 1565. Reuerēdissimus Au-  
domarenſis Episcopus D. Gerardus ab Ha-  
mericourt, vir antiquæ pietatis, & generis  
commendatione nobilis, primus in Belgio  
Collegium liberali prouentu & redditu do-  
natum erexit, quod magnificè perficiendum  
non inutile suis ciuibus Audomarenſibus  
futurum experitur: quin huius pietatis ex-  
emplum imitatus reuarendus in Christo  
Pater ac Dominus D. Ioánes Abbas Aqu-  
cinctinus sui muneris, & dignitatis nō obli-  
gus

## P R A E F A T I O I

tus, qui eruditioē & omni virtutū genere in  
signis superiori anno ex hac Societate pro-  
fessores aliquot in Academiam Duacenam  
auocauit, vbi egregium aut potius regium  
opus in tria Collegia distributū extruitur,  
quorum primum Theologiæ studiosis, se-  
cundum tenuioris fortunæ sacerdotibus,  
tertium Societatis Iesu Theologis destina-  
uit, penes quos omnem duorum priorum  
curam esse voluit: quæ certè pietas cum li-  
beralitate coniuncta in istis duobus Præ-  
sulibus ( vt & in alio verè reuerendo Patre  
Domino D. Iacobo Veltackero Abbe in  
Tongerloy, omnium studiosorum & pio-  
rū patrono ) summoperè commēdanda est:  
qui cū Belgio isti nostro miserè afflito sunt  
vtiles, tum hoc exulceratissimo seculo sunt  
ad iuuandam Ecclesiam valdè necessarij.

Hęc sunt, Illustrissime Princeps, quę ideo  
de origine Societatis pro Ecclesia fortiter  
& feliciter militantis relata esse volui, vt  
consideraremus Dei omnipotentis bonita-  
tem & clementiā, qua ipse nunquā suos de-  
serit, sed hīc aut per hæreticos dispersas, aut  
per malos Ecclesiæ ministros abiectas vel  
neglectas oues alibi colligit, souet, & curat  
diligētissimè. Hi enim sanctę Societ. Theo-  
logi, dum verba : quibus Christus Aposto-  
los euntis in vniuersum orbem prædicare

## P R A E F A T I O.

Evangeliū voluit:sibi quoque ea dicta arbitratur , fructus certè haud pœnitēdos faciūt verbū Dei apud Indos aliasq; nationes propagando, & Ecclesiam Christi per Germaniam,Galliam , Panoniam,Prūsciā & alia regna,partim ab hæreticis,partim ab abusibus, qui paulatim irrepserūt,vindicando, eamq; floris suo & pristino decori restituendo. Hi enim quēadmodū & alij (inter quos non postremus est noster, aut potius vester Martinus Isengrenius præpositus Oetingenensis &c. absolutissimæ scientiæ Theologus) hi (inquam) quemadmodum & alij, ex eorū numero esse videntur, qui iō hæc misserrima, & calamitosissima tempora reseruati coelestibus doctrinis , salubribus medicinis Ecclesiam quasi consensercentem defendantemq; reficerent,ac instaurarēt, seminata Euangelij iacta nutrirent, & vt conseruari, & fructum facere possint , fontibus diuinis irrigarent,aberrantes,abductas,amissas oues ad Christi ouile . & Dominicum gregem adducerent.Hi sunt illud (de quo Matthēus 5.capite) sal terræ,quorum beneficio & pia diligentia animi & vita hominum condita in æternam salutem conseruantur: hi sunt qui ad cœlestis sponsi paratas nuptias, ex vniuerso terrarum orbe collectos conuiuas vocant.Hi sunt (vt breuiter dicam omnia)

## P R A E F A T I O :

omnia) quorum in omnem terram exiuit  
sonus, qui tanquam per manus ab Apostolis,  
& Apostolorum discipulis traditam fidem ca-  
tholicam annuntiant, quam eadem ( sicuti  
iam per Societatis Theologos Indi ) & nos  
olim per Robertum, Corbinianum, Ulricum,  
& alios Christi legatos traditam accepimus:  
in qua contra hereticorum fraudes, iniuriasq;  
salua & integra conservanda adsit nobis per-  
seuerantibus Deus Opt. Max, semper & v-  
bique in omnibus praedicandus, Amen.  
His ego scriptis generosissimo parenti tuo,  
& serenissimae dominae matris tibi que Illu-  
strissime Princeps & dominae coniugi felicem  
in nouo anno rebus vestris successum  
precatus me & mea studia T. C. com-  
mendata esse vehementer cupio.

*Lohani ex meo museo Calend.*

*Ianua. Anno 1569.*

Tuæ Serenissimæ, atq; Illu-  
strissimæ Celsitudini dedi-  
tiss. Cliens & Seruulus.

M. Hannardus de Gameré Mosæus  
Poëta laureatus & in numero Auli-  
corum Bauariæ minimus.

10 17 A 3 MA 86

Sicut reuerit nos ipsi et patruelis (sticto  
et stricto) de reuectione ipsorum super quod  
est illud sententia apostoli q[ui] auctoritate  
Iesu Christi dicitur: Quia Christus resurrexit  
est (hoc) sicut erat, periculisq[ue] est, ut  
dicitur: Ite et docete omnes gentes, q[ui]cunq[ue]  
vult credere in me, q[ui]cunq[ue] credidit in me,  
non habebit finem. Et hunc dicitur  
propositum q[ui] sententia apostoli dicitur  
de patruelibus et de reuectione ipsorum. Et  
convenit sententia apostoli q[ui] dicitur: Non  
est enim quis debet credere in eum, q[ui]cunq[ue]  
est illud sententia apostoli q[ui] dicitur:

Non debet credere in eum, q[ui]cunq[ue]  
vult credere in eum, q[ui]cunq[ue] credidit in eum,  
non habebit finem. Et hunc dicitur  
propositum q[ui] sententia apostoli dicitur  
de patruelibus et de reuectione ipsorum.

Autem sententia apostoli dicitur:

Non debet credere in eum,

q[ui]cunq[ue] vult credere in eum, q[ui]cunq[ue] credidit in eum,  
non habebit finem. Et hunc dicitur  
propositum q[ui] sententia apostoli dicitur  
de patruelibus et de reuectione ipsorum.

Autem sententia apostoli dicitur:  
Non debet credere in eum, q[ui]cunq[ue] vult  
credere in eum, q[ui]cunq[ue] credidit in eum,  
non habebit finem.

# EXCERPTA

*Quaedam ex epistola  
R.P. Francisci Xauier, Praepositi Pro-  
vincialis Indiae, ad Praepo-  
sum generalem.*

*An. 1549.*

## ARGUMENTUM:

Iapania non ita pridem inuenta, ampla in pris-  
mis insula est, ad mille octingenta miliaria in  
longum protensa, lata vero nongenta: & ver-  
sus Septentrionem posita, eodem quo Italia  
climate. In huius Insulae notitiam primo  
venit R.P. Xauier an. 1542. per mercatores,  
qui virum quendam nobilem Iapanem Eu-  
gerium nomine, vite suæ rationem seddes-  
re volentem, & iuuenitutis errores plangere,  
Malaccam ad R.P. Xauier adduxerant, cui  
etiam se totum commisit, & cum esset in  
doctrina Christiana satis instructus, bapti-  
smate suscepso, Paulus Sanfdius dictus est.  
Ex huius relatu R.P. Franciscus, totus inflam-  
matur, ut in Iapaniam proficiscatur. Cau-  
sam etiam adfert profectionis: distantiam  
Goæ à Cegnico: & Iapanum miram scriben-  
di rationem adiicit,

*Mi pater*

# E P I S T O L A E



IPater, in visceribus Christi unice dilecte panca hac de rebus Indicis accipe. In omnibus Indiae partibus, ubi Christiani sunt, aliqui ex nostra Societate morantur, in Malucco, Malacca, Caulano, Comorino promontorio, Basaino, Socotora. Quibus in locis parum videor posse adiumenti afferre, tum quod ibi Patres degant, tum quod magna sit Indorum hebetudo in his locis, & immantibus infecti sint sceleribus, quibus sit, ut penè nullam ad fidem nostram suscipiendam propensionem habeant, in modo oderint, ac grave sit de baptisme suscipiendo quicquam nobis audire. Relatum mihi est à multis de Japania Insula prope Sinas posita, quam Ethnici tātummodo, non Mauri, nec Iudei incolunt: eamq; habere viros bonis moribus preditos, curiosissimos, ingeniosos auidos rerū nouarū tam de Deo naturaliū, q; diuinorum. Decreui non absque magna animi voluptate illam quoq; Insulam inuisere: quod iudicem eo in loco fructum ac fidei edificiū (fundamento semel iacto) in multas annorum

**Indorum hebetus**  
**Morum corruptela.**  
**Iapenes curiosi & ingeni osi.**

# IAPANICÆ.

norum myriadas duraturum.

Goæ in Collegio sanctæ fidei tres sunt adolescentes Japanes, qui dum anno 1548. Malacca redirem, ipsi quoque venerunt: hi magna de Iapania promittunt: bene morati sunt, præstant ingenio, præsertim Paulus, qui ad T. C. literas dat. Hic octo tantum mensium spatio legere, scribere, Lusitanicè loqui didicit, nunc spiritualibus meditacionibus distinetur, multum profecit, res fidei quam optimè callet. Magna me spes tenet, & hæc in D. nostro plurimos in Iapania, Christianos futuros. Statui ante omnia illorum adire Regem, postea & Academiam, maximè confidens in Christo Iesu fore, ut ibi Dei legem promoueā. Affirmat Paulus Iapanēsis, originem trahere à regione Cegnico nuncupata, quæ ultra Sinam & Tarthaum sita, itinereq; trium annorum opus esse, ut quis ex Iapania in Cegnicum abeat, redeatq;. Ex Iapania ad T. C. literas dabo, ac plane mores, & scribendi ritum gentis significabo. Præterea intelliges quæ prælegantur et doceantur in magna Cegnicensi Academia, quandoquidem universa Sina &

Tarthaum

Iapanes.

Cegnici  
situs.

## EPISTOLE

Cosmas  
Torres.

Tarthaum etiam doctrinam non habet  
quam illius Academia, ut Paulus assenerat.  
Libros eorum ut videro, & cum Academia  
Japanensi egero, fuisse singula scribere lice-  
bit. Europaum quendam Cosmam Torres,  
urbe Valentia oriundum deducam me-  
cum, qui hic Christo in Societate nomen  
dedit, & tres illos Japanenses adolescen-  
tes: atque (Dei fauente auxilio) hoc mense  
Aprilis 1549. proficisciemur. Per Malaccam  
nobis transcendendum est & Sinas. Iter vero  
ex Goa in Japaniam miliaria habet 3900.  
Finem nunquam scribendi facerem, si literis  
persequi vellem, quanta animi perfundat  
latitia ex hac nostra profectione, licet mor-  
tis periculorum plenissima, ob vetos & pro-  
cellas plurimosq; piratas, adeo ut tum opir-  
mè nauigatum putent, si è 4. nauibus dub-  
portum Japanensem tenuerint. Verum in  
Japaniam proficisci non desistam, hac spe  
semel concepta in domino (quamvis cer-  
tissimè sciam maiora quam antehac unquam  
subitum me vita discrimina) sanctam  
fidem nostram in hac Insula mirum in mo-  
dum auctam iri. Videbis sancte ad Christi  
doctrinæ

## IAPANICÆ.

doctrinam dispositionem perquam optimam illarum regionum, ex ea quam una cum his literis ad vos de hac Insula mitto, narratione. Mitto & tabellam alphabeticā Iapanum more confessam, in qua contemplari licebit harum gentium miram scribēdirationē, & multum à nostro discrepantē: à summo enim deorsum lineas suas ducūt. Rogatus hic noster Paulus, cur nō more nostro versus pingerent, uicissim quæsuit, cur non Iapanum more nos id faceremus, & nostram quæstionem lepidè dissoluit: sed & hanc demum rationem reddidit: Cūm, inquit, homini caput sublime natura dederit, pedes verò imos, humiliori g̃ loco sitos voluit: quid ni etiam inscribendo perinde naturæ ordinem imitabimur?

Reliqua quæ de Iapanica insula scripta mitto, gentiumq; ritu & maioribus, Paulo veritatis amatori accepta ferantur. Istam ē libros, qui de gentium lege ac religione trātant, quod alio quām vulgari idiomate, ut apud nos, conscripti sint, fatetur se non intelligere: Quid verò continant, ubi appulero, inquiram, & T. R. certiorem faciam.

## EPISTOLÆ

faciam. His finem scribendi literis meis  
impono, ubi T. char. mi P. imprimis obser-  
uande ex animo rogauiero, genubus etiam  
in terra prouolutus non secus ac si iam cora-  
esscm, ut me feruentibus tuis precibus, at-  
tentibus orationibus, sacro sanctis sacrificijs  
Deo commendare non cesseret, quo ipsius vo-  
luntatem intelligere intellectam perfectissi-  
mè sequi & adimplere donet: & euoluta  
huius vita curriculo, in paradiſi gloriam  
traducat, Amen.

Coccini ad 19. Kalend.  
Febr. Anno 1549.

Franciscus Xauierius.



# EXEMPLVM LITERA-

rum R. P. Magistri Xavieri Prouincialis  
Prepositi Societatis I E S V in India ad  
eos qui de eadem sunt Societate in  
Europa. Dat. Men. Mart.

An. 1553.

## ARGUMENTVM.

Describitur Iapania, morēsq; eiusdem & leges. Vana circa Paradisum, Inferū & sua religionis auctores opinio: Bonzorū fraudes, & peruersum ad aliorum facultates occupandas consilium. Bonzorum Con- ciones de mulieribus, & peccatorū per ele- emolynas expiatione: Amangucci multis cōuersis extractum collegiū: gentilium cū Christianis disputationes: Cōspiratio nos- bilitum contra Duce Amangucci, & Ducis mores: Bonzorum studia & Academiz.

Pax ex gratia Christi snt semper in cordib; noſris. Amen.



ALVI & incolumes in Iapanense Regnum appuli- mus, 13. Calend. Septemb.  
An. 1549. nūimq; sumus egressi Cangassimae, que pa- tria est eorum Iapanensium, quos eo nobis- cum adueximus. Humaniter ac benevo- le admodum fuimus excepti, cū ab om-

B nibus

## ÆPISTOLÆ

nibus eius loci incolis, tum vero maxime  
a parentibus Pauli Iapanensis: qui non  
ita pridem, affirante diuino numine, ad  
veritatis agnitione adductus, author fuit,  
ut & parentes, Christi fidē sint amplexi.

Cum ageremus Cangassimæ gauisi sunt  
admodū gētiles, verba diuine legis audiē-  
do, que ad id tēporis usq; ijs in locis inau-

Descri-  
ptio Iapa-  
niae per  
digressio-  
nem.  
Quando  
Iapania à  
Lusitanis  
inuenta.

dita, atq; incognita fuerat. Est aut Iapanēse  
hoc regnū amplissimū, unde quaque ma-  
ri circuminctū: unica tantū lingua viun-  
tur omnes, que haud difficulter addiscitur.  
Nonus (ni fallor) vel decimus nunc agi-  
tur annus, ex quo Lusitanis, totum ferme

terrarum orbē longa, nec minus periculosa  
migatione obeuntibus, hæ Iapanēscs In-  
sulae prīmū innotuerāt. Incole viri sunt ma-  
gnæ existimationis spectatæq; authoritatis:  
in rebus bellicis, equitatu præsentim, nullos  
Iapanē-  
ses bellis  
cosi.  
omnino secundos se arbitrātur: quapropter  
& reliquos præ se populos vilipendunt: ar-  
ma plurimi faciūt, neque vlla de re rātope  
re se se inicitat, eoque magis, si vel auro, vel  
argento affabrim ornata ac elaborata sint:  
Gladis ac pugionibus perpetuò tam domi  
quam

quam foris accinguntur, quos etiam noctu  
sub capite repositos asseruant. Iaculan-  
di peritia ceteris facile nationibus ante-  
cellunt, pedites dimitant, licet quos con-  
scendant equi non desint: Morum ciuitati-  
te sunt insignes: ea tamen erga aduentiti-  
os, quos præ se contemnunt, utuntur mini-  
me. In armis, vestitu, et famulitio, quicquid  
habent, insunt, nullos thesauros coacer-  
vant. Sunt apprimè bellicosi: & quia sem-  
per in militia viuunt, unicum habent Re-  
gem, tametsi iam inde à centum & quin-  
quaginta annis ei non paruerunt: hac eti-  
am de causa continuò armis inter se de-  
ceriant. Est porro in hoc regno Iapanen-  
si ingens tam virorum quam feminarum  
multitudo, qui religionem profitentur. Viri  
ab indigenis Bonzi nuncupati, in dupli-  
ci sunt differentia, siquidem alijs Griseo, alijs  
Nigro colore vestiuntur: inter utros-  
que parum connenit: his enim illi diras im-  
precantur, quos & indoctos esse, & vitam  
omnium flagitorum turpitudine contami-  
natam degere asserunt. Bonzarum item al-  
iae Nigro, aliae Griseo colore insigniuntur, il-

Mores et  
cœluer-  
dines la-  
panes

Religiosi  
Iapanicæ  
Bonzi &  
Bonze;

## 4 EPISTOLÆ

*legi viris eiusdem coloris, quo sunt induitæ, parent. Incredibile penitus est, quantus sit  
ingens Bōzatum & monasteriorū numerus.*

*horum in terra Japanensi numerus. Accepi  
à virus fide dignis ( quorum authoritati ob  
ea que ipse postmodū vidi, facile subscri-  
pserim ) ducem esse, in cuius ditione octin-  
genta plus minus monasteria utriusque  
sexus reperiuntur: quorum singula nō mi-  
nus triginta personas alunt. Prater hæc &  
alii inuenies plurima, quæ quatuor sex, aut  
octo personas sustentant.*

*Ex Syna leges suæ habet  
tentur leges, è Syna, contigua huic regioni,  
antiquitus allatae sunt. Scripta hominū  
quorundam asseruāt, qui uno, duobus, & tri-  
bus annorū millibus in summo totius vita-*

*Anthon res reli-  
gionis.*

*rigore & asperitate pœnitentiæ egisse dicū-  
tur: horum nomina sunt Xaca, & Amedia.  
Fuerūt & huius farinæ alijs plurimi, quorū  
hi duo præcipui, velut coriphæ, omnium sen-  
tentia & opinione constituantur. Nouem  
Religio-  
nis varie-  
tas.*

*habent legum maximarum inter se discre-  
pantium genera, integrumque passim om-  
nibus est utriusque sexus, ut pro sua quis-  
que libidine, quam velit, legem sectetur:  
cum nemo presertim ad hanc magis quam  
illam*

illam amplectendam astringatur. Itaque familias licet reperire plurimas, in quibus vir unam, mulier aliam, aliam filii secta colunt atque suscipiunt, ut vere dicere possis, quot capita tot sensus. Neque vero haec legum diuersitas, aut mutuum animorum consensum, aut concordiam pacemque domesticam ultra ratione labefactat, aut conuelliit, cum in regione deligenda, suo quisque non alieno utatur iudicio. Agitantur interim non raro seditionibus inter se, quin & armis decerat, dum suam singuli ceteris omnibus legem anteferrye contendunt: Nulla penitus nouem sectarum, aut creationis mundi, aut animalium quicquam meminit. Profitentur quidem omnes Infernum esse & Paradisum, verum nulla potest, in quem haec duo finem condita sint: mulio vero minus, quibus de causis homines ad inferos deturbetur. Nugatur tamē insuis scriptis de nonnullis, quos & infernum cum paradiſo condidisse, & uno, duobus, veltribus annorum millibus paenitentiam egisse dictitant: ut nimirum supplerent aliorum hac in parte defectum, quos aut ra-

Seditiōis  
causa.

Inutilis  
& vana  
de para-  
diſo &  
iſerno la-  
panentiū  
lentēcia.

## 6 EPISTOLÆ

rō aut nunquam vita anteacte, commissorumq; facinorum pœnitentia: quod vel sic tādem aliquid spei consequenda salutis talibus reliquum facerent. Confirmant etiam, quod qui contractos animi neuos pœnitentia no eluerint, si modo cōfidenter & citra ullā animi hesitationē harū sectarū primos authores inuocārint, in eos, tanquā in  
 Iapanensiu vana supsticio de suæ religiosi authoribus.  
 sacrā anchoram, omnem salutis spem collocantes, non solum ab omnibus calamitatibus & erumnis liberari, verū ex ipsis inferni penetralibus reuocari debeant. Variæ atque multiplices ab hoc hominum generere fabule pro veris miraculis recensentur: quas si omnes hic sermone complecti velle, finem & modum excederem: quare ijs pretermis ad alia pergo. Sectarum aliae trecenta, aliae quingenta præcepta numerant, cōmuni tamen consensu assenerat omnes, omnibus quinque obseruatu esse necessaria. Quorū primum est, non occidere, nec aliqui revesci, quæ morti sit obnoxia: secundum, non furari: tertium, non adulterari: quartum, non mentiri: quintū, à vino abstinere. Bonzi & Bonzæ dum  
 hæc  
 Præcepto  
rū nume  
rus.  
 Præcep'ta  
s. necessa  
ria.

## IAPANICÆ. 7

haec præcepta declararent, rudi plebeculae  
imponentes, persuaserunt eorum nemine  
haec præcepta obseruare posse, propterea, &  
in mundo adhuc versarentur, & viuant:  
Paratos igitur se offerebant, totum istud  
malum, quod in præceptis non obseruandis  
commisurri essent, in se suscipere: ea ta-  
men lege & conditione, ut sibi de mona-  
sterijs, prediorum fructibus pecunij, alijsq;  
ad vitam sustentandam necessarijs à popu-  
lo prospiceretur, ac summus honor deferre-  
tur. Ceterum non grauitim huic petitio-  
ni subscrisserunt optimates, quò videlicet  
omni exempto peccandi scrupulo (ut ne-  
mo non licentia sit deterior) voluptatibus  
diffuerent, indulgerent genio, aliaq; ne-  
fanda flagitia perpetrarent liberius.

Habentur itaque Bonzi in magna asti-  
matione & honore, eoq; magis, quod popu-  
lis omnino sibi persuasum habeat, penes  
eos potestatem esse, animas vel ex ipsis  
Orci fauibus reuocandi & eripiendi, qua-  
tenus omnium nomine mandata seruatu-  
ros, aliasq; recitatores preces se obstrinxer-  
unt. Hoc patrum genus statis diebus

Bonzořů  
fraudes,  
et perue-  
sum in a-  
liorū bo-  
nis occu-  
pādis cō-  
ſilium,

Dissimilis  
ſilium ab  
Iquo audia  
Impia B  
zorum  
licentia.

B iiiij populo

## EPISTOLÆ

Bonzorū populo concionatur, potissimumq; inculcat,  
conciōes extra omnem damnationis aleam eos po-  
& Ponti sitos esse, quanvis longè grauiSSima pecca-  
tus. sc̄ces.

Dicitur  
Deo  
mole  
cuius  
infectos  
ab interitu  
libertatem  
omnem con-  
sequenda salutis spem adi-  
munt, quippe qui nihil quod Bonzis clari-  
giantur habēt. Quin & mulieres quinque

Bonzorū mandata transgressus seruari posse negant,  
de mulie cūm queuis mulier plus criminum habeat,  
ribus opī eorum arbitratu, quād omnes in uniu-  
er-  
so mundi ambitu viri: quorum nox& Bon-  
zorum intercessione expiatūr: aiunt enim  
rem tam immundam vix seruari posse.

De hinc rursus dicere incipiunt, aliqualem  
euadendæ damnationis spem mulieribus  
reliquam fore, si ampliores quam viri, ele-

Quōd pec-  
cata elec-  
mosynis  
putēt ex-  
piari. emosynas erogauerint. Afferunt item, q;  
qui magnam pecuniarū quantitatē in Bon-  
zos, dū hac luce mortali fruūt, elargiti su-  
erint, recepturi sunt decuplū eiusdē prossus  
munera in altera vita, ut varijs rerū vſi-  
bili

# IAPANICÆ.

b<sup>e</sup> necessitatibusq<sup>ue</sup> illic obuenientibus subuenire possint. Vnde efficitur ut plurimi viri usque sexus ingentem nummorum copiam Bonzis elargiantur, vel concredat potius, existimantes religiosum quid. Imò sacrosanctum credentes, decuplum sibi restitutum iri, ubi hanc presentem vitam cū morte commutauerint. Quapropter & chirographum à Bonzis, velut certum huius rei testimonium non grauatum accipiunt, idq<sup>ue</sup> cùm ex hac vita migrant, vna secum terræ mandari volunt, arbitrantes certò certius, dæmonē huius virtute perterritum fugari. Ut demum paucis multa complectar, meras deceptiones & imposturas populum docent Bonzi. Esse sane res omni commiseratione dignissima, videre quantam apud omnes passim auctoritatem obtineant, quantaque reverentia prosequatur plebecula eos, qui nullis vel minimum largiuntur, cùm ab omnibus plurima recipiant, & mille flagitijs ab inerti vulgo circumuento pecunias eliciant, quas hic breuitatis gratia pretermitto.

Deinceps, ut erat propositum, itineris nostri

## 10 EPISTOLÆ

nostri Japanensis successum prosequemur.  
Primum omnium (ut supra retuli) Cangasimam venimus, ubi Paulus concionibus  
quas multas habuit, parentes Christo lu-  
crifecit: quin & alij plurimi, ad cog, omnes  
ferè incolæ Christianā professionē suscep-  
sent facile, nisi Bonzi, pessimū genus ho-

Bōzi p. minū, multa conatibus nostris impedimenta  
hibet populi con. obiecissent. Detulerunt illi nostros ad eiu-  
versionē. regionis duce amplissimum, minitantes for-  
re breui, ut & prouincia tota funditus  
euerteretur, & deorū phara solo adeque-  
rentur, si impunè subiectos Christianam re-  
ligionem cū suis legibus ex diametro pu-  
gnarem, amplecti sineret. Addiderunt eti-  
am, quod qui nomina Christo darent, per-  
dituri essent omnem devotionem & amo-  
rem, quo prius erga sanctos legum suarum  
conditores afficiebantur. Extorserunt tam-

Capitis sententia fertur in eos qui Christiana se religi-  
oni addicerent. Rebus ergo hoc modo  
constitutis, annum hic longè minori fructu  
nec sine periculo exegimus, occupati tam  
instruendis, quam confirmandis neophyti,

lin-

# IAPANICÆ. II

Lingua que addiscenda, transferendis item  
 in Iapanensem sermonem quibusdam è  
 lege nostra ad mundi creationem spectan-  
 tibus, additis nonnullis cōmentariolis non  
 minus utilibus quam necessariis: que par-  
 tim explicabant unum esse rerum omnium  
 Deum, partim mysteria vite Christi ab as-  
 sumpta natura humana usq; ad eius in cœ-  
 los ascensum cōpletebantur, cū brevi qua-  
 dā, et si lectu non indigna extremi Iudicij  
 enarratione. Quæ sanc omnia non absque  
 ingenti nostro labore in linguam Iapanen-  
 sem transfusa characteribus nostris exara-  
 uimus. Eum librū recens conuersis legeba-  
 mus, ut quo Deus cum Iesu Christo unige-  
 nito filio ritu calendus ac adorandus esset,  
 intelligeret. Non mediocriter, tam Christi-  
 ani quam gentiles hac lectione recreati  
 sunt: ita ut ingenuè ipsissimam (quod aiunt)  
 veritatem fidē nostra contineri assuera-  
 rent. Sunt enim singulari quadam perspicia-  
 cia ingenij, mentisq; acumine prædicti Ia-  
 panenses, neque grauatim suum rationi iu-  
 diciū submittūt. Deterruit plurimos ducalis  
 edicti seueritas supplicijq; capitalis in trāsf-  
 gresso-

Libelli de  
 Christia-  
 na doctri-  
 na edun-  
 tur.

Mod⁹ ebd.  
 feruandi  
 cōuersos  
 & alios  
 adiuuan-  
 di.

Iapanen-  
 ses igeni-  
 osi.

gressores lata sententia, quò minus nostra se religioni adiunixerint: cùm tamē fidem nostram veram esse suamq; falsam ac falso ex cogitatam minime ignorarent. Euoluisti anni spacio, cùm videremus eiusterra ducē nulla ratione adduci posse, ut nobis Christianæ fidei mysteria propagandi potestaten faceret, illinc discessimus, nosq; digredientes Christiani indigenæ multis sunt proscuti lachrymis, ob singularem quem in nos conceperant amorem, pro accepto beneficio immortales agentes gratias, quòd videlicet ad immortalis Dei notitiam opera nostræ essent prouecti. Mansit illic Paulus Iapanensis verus Christi miles, ut Christianos, quæ fidei sunt orthodoxæ explicatius doceret.

**Princeps Xaueriu** humanè excipit, ac Christum annunciarri patitur. In aliam deinde urbem profecti, ab eius loci Domino omnibus humanitatis officijs excipimur, ubi, etiam post paucos dies exactos, decem personas Christo baptismatis sacramento ablutas adiunximus. Inter a tempore unus nostrum Iapanensem linguam perdidicerat, qui partim concionibus habitis, partim lectione libri supradicti, non paucos Christo Domino conquisiuit: relictusq;

Cōuerso  
rum gra  
titudo.

licetusq; est ibidem cum neophyto Christia-  
 nis Cosmas Torrensis: Ego verò cum Io-  
 anne Fernández ad amplissimam ciuitatē  
 Amangucci, potestissimo cuidam Principi  
 subiectam proficiscimur: quæ 100000. domos  
 ex lignis tantum constructas habere dici-  
 tur. Erant illic plurimi tam nobiles quam  
 populares, cupide, quam legem doceremus,  
 scire desiderantes: unde communi decreto  
 statuimus, bis diebus singulis in plateis &  
 compitis concionem nobis esse habendam,  
 quæ absoluueretur partim lectione libri in  
 Iapanense ideomā traducti, partim nonnul-  
 lis explicationibus ad lectionem accum-  
 modatis. Magnus fuit hominum ad con-  
 ciones nostras confluentium concursus, nec  
 raro primates, alijq; nobiles viri nos acce-  
 sendos curarunt, & tam fidei, quam con-  
 cionū nostrarū sibi rationem reddi postula-  
 bāt, pollicentes, quod ad religionē nostram  
 animum adiucere, illamq; relictō errorum  
 labyrintho, amplecti vellent, si modo eorū  
 legibus præstantiorem, nostrā probaremus.  
 Plures sibi a nobis satisfactū, haud ob-  
 scuris significabant argumentis, cùm inte-  
 rim

Amangucci  
 cū vrbis  
 100000.  
 familias  
 tū audie  
 audit E.  
 uangelis  
 zantes.

Nobiles  
Christi le  
gempro  
bant.

Irrisio in  
fidelū in  
Christia.  
 nos con  
cionato  
res.

infidelis  
 in Chri-  
 stianos  
 cōciona-  
 tores.  
 rim alij vel nos irriderebat, vel inuidia sibi  
 multis agitati, iniquo ferrebat animo, quod in  
 compitis concionaremur. Pueri & reliqua  
 populi colluices sibilis & cachinnis nos ex-  
 plodebant, vociferantes: Hi sunt qui dicunt  
 Deum à nobis adorandum & colendū esse  
 ut nos seruet, ne que aliud quicquam no-  
 seruare posse, preter rerum omnium Condi-  
 torem. Alij clamabant: Hi sunt qui virum  
 unica uxore contentum vivere debere se-  
 serunt. Nonnulli vero: Hi sunt (iniqui),  
 qui libidinem propositam (ijs in locis us-  
 ratissimam) vetant. Sicq; sigillatum singu-  
 la nostre legis mādata suggillabat, quō ve-  
 sic maiore in nos ignominiae notā inuehe-  
 rent. Post dies plurimos quibus strenu-  
 ac indefessum cōcionibus tam domi quam  
 foris habēdis insudatum fuerat: tum acce-  
 sendos nos ad se curauit Dux Amingucca,  
 is qui tum forte illuc agebat: multaq; ex no-  
 bis sciscitatus es, videlicet, cuiates esse  
 mus, & quae nam cause nos ad eam tra-  
 duxissent urbem. Cui ego in Iapanie re-  
 gnum nos venisse refero: ut legem Dei  
 viuentis illis in locis incognitam promul-  
 garē

garemus, cum nullus salutis aeterna compos  
 fieri possit, qui Deum Opt. Max. eiusq; filiu  
 LESVM Christum ignoraret. Iubet ille  
 hanc sibi fidem enodari. Prelecta est illi  
 bona pars libri trāslati, quam postquam nō  
 equis tantum auribus, sed & libenti atē-  
 tog; animo, per unius fermè hora spatiū  
 audiuisset, missos nos fecit, nec aliud tum  
 quicq; effectum est. Mansimus haec in  
 urbe diebus plurimis, concionibus & le-  
 ctionibus intenti. Libenter multi vitam  
 Christi audierunt, nec sine consolatione  
 singulari, adeò ut multis lachrymæ sint ex-  
 cussæ, præserium cum ad Passionis mysteria  
 peruentum esset. Cum verò hic paucos  
 ad Christi fidem accedere animadueriere-  
 mus, nullumq; vel exiguum saltem fru-  
 etum promanare pro summis laboribus no-  
 stris statuimus aliam urbem, eamq; totius  
 Iapanensis provinciæ primariam, petere,  
 que Meiacum vulgo nuncupatur. Totum  
 hoc iter statio duorum mensium confeci-  
 mus, non sine presentis vita nostræ pericu-  
 lo, cum ob bella diuersa, que tum temporis  
 in his locis gerebantur, sum etiam ob prædo-  
 nes

Dux A  
mangutis  
legem at  
tentat  
dit.

Meiacum  
Iapaniz  
caput.

Prædos  
nes

Ingentia nes paſſim grassantes, nec non propter rigi-  
dissima eius prouinciae frigora. Illuc tandem  
appulsi, diebus aliquot laborauimus, ut ad  
Regem pateret nobis accessus, ut ab eo im-  
petrata facultate etra molestias legem di-  
uinam promulgaremus. Sed fruſtrā: mi-  
nimè Regis mandatum expectare profuit,  
cūm subditi à Rege defecissent. Itaque tē-  
tare per nos cæpimus, si foris quis verbi  
Dei capax esset. Sed & id fruſtrā, propter  
verbis Ma- imminentis belli rumorem. Fuit hec urbs  
iaci vasti Maiacum quondam maxima, nunc autem  
tat. maior ex parte deuastata est. Sunt qui di-  
cunt olim centum & octoginta millia edi-  
um habuisse, quod quantum ex ipsius situ  
& amplitudine licet colligere, verè milis  
dicere videntur: & quanquam (ut dixi)  
magna ex parte cōbusta, deuastataq; sit, nu-  
merus tamen adiūtum ad 100000 plus ministrat.  
Cūm itaque ibi omnia extrema queque  
minarentur, nec in turbata pace euangelist  
locus esset, mutato consilio, Amanguccum  
Literę ad reuertimur. Gubernator autem & Episco-  
Ducē A- pus literas nobis ad ducē Amanguccensem  
manguc- dederant, cum munusculis quibusdam in  
ceniem, signum

Signum benevolentiae. Quæ certè bencuole munuscula cum literis accepit, & pro officio liberalissimè viciſſim auri argentique pōdus non minimum obtulit. Sed nobis constitutum erat, planè nihil admittere, præterquam hoc unum, ut Euangelium tuto in regionē illam liceret inferre. Nec aliud postulamus, quam hanc unam, si vellet nobis gratiam referret. Retulit certè (ut erat non illiberalis) rēmque unam hanc nobis gratissimam concessit: nec solum concessit, sed suam quoque autoritatem adiunxit, ac veluti ſcitum, per publicum preconem proclamare iuſſit, liberam cur que poſthac tranſeundi ad fidē Christianorum facultatem eſſe. Addidit etiam monasteriū quodam (cuiusmodi Bonzis eſſe diximus) in modum collegij extreſtum: idq; cœpimus inhabitare. Quo ſanè maximus omniū cōcursus fuit, ad audiendam fidei Christianæ doctrinam. Hanc enim in dies ſingulos his populo expoſuimus: ac deinde bona temporis pars diſputationi data eſt, qua ipſi aut suas quæſtiones opponebant, aut ſi de quibus non ſatus erat explicatiū, rogabat: nobis

Dux A  
māguccī  
concedie  
ut ſuīs  
Christus  
annūcieſ  
tur

Maximus  
gētilium  
ad cōciſ  
ones cō  
cursus.  
Diſputā  
gentiles.

C verē

verò ad omnia cōtinuò erat respondendū,  
nec agendum aliud. Tantus sāne erat o-  
mnium confluxus, ut domus nostra perpe-  
tuò quasi referta populo fuerit: imo verò  
frequenter tantā multitudinē non ceperit.  
Nec ipsi à rogando destiterunt, quousq; cla-  
rius aliquanto ex responsis nostris intelli-  
gerent suarum legū vanitatē, & nostre si-  
dei solidā veritatē. Fuit aut id aliquanto  
tempore, q; suis questionibus negotij cerit  
nō parum nobis fecerint, paulò tamen pōst  
acquieuerūt, & i maximè, qui antea tū in  
cōcionib; tū disputationib; velenctissimī  
Conuer-  
si genti-  
les.

pro viribus aduersabātur. Qui verò Chri-  
stiani sunt effecti, maiori ex parte nobiles  
erāt: qui quāta deinceps studio Societatē di-  
lexerūt, explicari nō potest. Hi diligēter ad  
nos deferunt, quicquid gentilium legibus  
(sunt autem ea nouem, admodum inter se  
discrepantes, vt dictū est) cōtinetur. Qui  
bus perspectis, probationes querimus, ad e-  
nīcendā legū istarū, opinionūq; falsitatē.

*Quotidie igitur leges ipsorum oppugna-  
mus tam interrogationibus, q; argumentis,  
nec potuit ad ea vel hiscere quisquam, vel*

Bon.

Bonzi  
conuidi  
de sua

Bonzorum, vel Bonzarū, vel si qui alij hic sunt fidei Christianæ hostes. Hoc vidētes Christiani recens cōuersi, gaudebāt, faciebantq; indies prouentum non pœnitendū in fide Christi. Gētiles etiā qui disputationibus intererant, magis magisq; à suis legibus atq; perfidia auertebantur. Videntes Bonzi tot a patria religione deficere, iniuria & stimulo perciti, grauiter inceſſebāt cōuersos, q; sanctorū suorū contemptus legib. & proculcatis, Christū nescio quē sequerētur. Responsū à Christianis est & Cathēcumenis, primū legē hanc Christi sibi ve-riore multò, rationiq; consentaneā videri, & idcirco se hāc amplexos esse: tū Christianos rerū suarū rōes & causas adferre, cūm ipsi interim, si quod de religione argumētum proponit, penitus obmutescat. Verū id mirū videtur, gentiles hosce (quod etiā anteā dixi) nullam in libris suis, quos de religione cōscriptos adseruāt, de creatione mundi mentionem habere, aut solis, aut lune, stellarum, cœli, terre, maris, &c. Sed arbitrantur hæc non aliunde, quam à seipsis ortus principium sumptisse. Quare que de

Bōzi cre  
ationem  
rerum ia  
gnorant

Cy rerum

Dogmatus rerum creatione à nobis generati: ducabantur, summa cum admiratione audiebant, maxime quod etiam animas eundem creatorem habere inteligerent: ac maior erat omnium admiratio, quominus ante de creatore scire aliquid poterant, aut unquam tale quid in historys seu legendis erat auditū. Imò vero si uniuersa rerū na-

**Synenses** cæteris peritioribus, à quibus nempe alijs suis leges acceptarunt.

Quæstio de princio rerū.

Et ergo  
in quo  
in mutu  
sue ionis

tura ab uno creatore producta fuisset, arbitrabantur Symenses id est qui peritissimi habentur tam in his quæ ad religionē, quam quæ ad rem publ. bene gubernandam sive. Etant minimè latere posuisse. Multa scis citabantur à nobis de eo principio, bonum ne esset, an malum. Prætereas si unicum esset tantum bonarum rerum principium, an bonarum & malarum ex quo? Respondimus unum tantum esse summè bonum, cetera mali alicuius participationem. Hoc probabant impossibile. Si enim Deus, inquit, summè bonus est, quomodo demones, pessimos, generique humano infensissimos hostes creavit? Diximus natura bonos fuisse, malitia vero propria depravatos, in eas poenas quam nunc luunt, in aeternumq; luunt, incr

incidisse. Atqui (inquiunt) cum summa  
bonitate tanta crudelitas esse non potest, ut  
misericordia omnis immemor, propter u-  
nicū lapsum aeternas pœnas infligit. Dein-  
de si, ut asseritis, hominem quoq; creauit,  
cur tetari eum à demonibus peruersissimis  
patitur, præsertim cum ideo crearit, ut per  
ipsum honoretur, & laudem ferat. Adde-  
bant etiam: quomodo bonus esset, qui homi-  
nes miseros ad eo ac imbecilles promptissi-  
mosq; ad omne malum fecerit, quos absolu-  
tissimos fecisse oportebat. Atqui non hac ta-  
tum inconsulte ac perperam egisse, verum  
etiam infernum omnium malorum pessi-  
mum creasse, longeq; terribilium, ut nulla  
misericordia erga dannatos moueretur, quin  
potius in aeternum torquendos relinqueret.  
Præterea quomodo fieri possit eum bonum  
esse, qui legem illam dece preceptorum tu-  
lerit, obseruat longè difficillimam. Quare  
ex his, multisq; alijs constare, legem illam  
quam hactenus obseruabant, pietate maio-  
rem & misericordiam promittere, cum vel  
ex ipsis inferni fauibus liberandos se cre-  
derent intercessione suorum legislatorum:

Quid de  
duina Iu  
stitia ius  
dicent la  
panes.

etiorum  
multa

Cur suam  
legē no-  
stræ pu-  
tent pre-  
ferenda.

nos verò contrà nullam in inferno redem-  
ptionem esse diceremus.

His alijsq; multis eorum questionibus  
propositis (Deo iuuante) à nobis satisfacti  
est, ut non parum nostris responsionibus  
contenti discesserint. Sed hoc admiratione  
mihi dignum videtur, ut homines vide-  
licet Ethnicos a quo animo cedere, & con-  
uictos rationi parere, verùm adeo studiosi  
cognitionis & scietie cupiditate trahuntur,  
ut prius ab inquirendo nō desistant, quām  
rem probè intellexerint, atque responsa no-  
stra alijs identidem non cessent enarrare.

**Ignoran-  
tia gen-  
suum,**

Ignorabant mundum esse rotundum, igno-  
rabant solis cursum, ignorabant causas Co-  
metarum, Planetarum, grandinum, simi-  
liumq; rerum, quæ ut diligenter à nobis  
explicata sunt, ita ab illis excepta summa-  
cum alacritate. Quo factum est, ut ma-  
gnam de nostra eruditione opinionem cō-  
ceperint, nobisq; in disputando maior au-  
thoritas parta sit. Solent antequam quis-  
quam nostrum eò veniret, etiam interse-  
sse disputationes exercere de suis sectis,  
(quas nouem fuisse diximus) qua nam  
ex

ex omnibus esset præstantissima: & ceteris anteferenda. Quas sanc*t*e disputationes seu altercationes deinceps omiserunt, solam Christi legem animo voluentes.

Res erat admiratione digna, videre pas-  
sim per domos & cōpita tanta ciuitatis ho-  
mines magno studio de recens accepta fide  
ac legibus agere. Infinitum esset omnes hic  
omnium questiones asscribere. Erat autem  
inter sectas 9. que negaret animorū im-  
mortalitatē, omnē pessima habita ab omnibus, ac  
sectatores habuit ut plurimū nebulones &  
scurras. Hec etiā infernū planè explodebat.

Scurræ  
gētilium  
immor-  
talitatem  
animorū  
negant,

Post multas demū habitas interroga-  
tiones ac quæstiones, intra duorum mensi-  
um spaciū . 500 . plus minus baptismi sa-  
cramento Christo sunt consecrati: & plures  
indies consecrantur, Christo laus. Cognoui-  
mus sanc*t*e ex his qui fidem suscepérunt, ver-  
sutias & technas Bonzorum, sectarūque  
aliarum, quibus misere populo imponunt,  
qua certè, absq*ue* horum opera non ita facile  
fuisse indagare. Singulari nos amore dili-  
gunt, ut vel hac una in re fidei syncerita-  
tē agnoscas. Ceterū nō parum negotiū fuit,

500. Bap-  
tizati.

Quām sa-  
cra reli-  
giōis Bō  
zorū my-  
steria.

antequam baptismum admitterent in ex-  
imendo quodam scrupulo, quem ex ijs que  
de summa Dei bonitate à nobis disserta-  
**Discepta** erant, conceperant. Nam misericordē De-  
tio de dei  
**bonitate.** um esse negabant, quod ante aduentum  
nostrum sese populo illi non reuelasset: ita  
ut, si verum esset quod dicebamus, nullus  
salutem illam eternam sperare potuerit, qui  
illum antea non coluisseſſet. Certe crudelita-  
tis id esse non pietatis, quod priores ut vo-  
luit vera ipsius Dei cognitione carere, ita  
etia omnes in infernum detrusi. Hic scrupu-  
lus maximè illos remorari videbatur  
quoniam minus Deū hunc adoraret. Sed placuit  
divinae bonitati, etiam hoc malo exceptos,  
veritatis capaces efficere. Adduximus ra-  
tiones varias hanc diuinā legē, legū omnium  
fuisse primā, nec Iapanenses olim latuisse,  
illicitum esse occidere furari, falsum dicere  
testimonium, aliq, innumera contra Dei  
precepta committere, sciuisseq, ea omnia an-  
tequam Synensiū leges in Iapaniam essent  
allatae. Idz, abunde testatum fuisse consciē-  
tiae vermem & remorsum, qui ob malum  
perpetratum conscientiam arrodebat per-  
petuò,

petuò, scriptam proinde legem in cordibus  
 à malo declinandū cēsuissē, bonumq; facie-  
 dum. Ita ut decem mādatorum cognitio-  
 nem habuerunt gentes, à nullo mortalium  
 preterquam Deo Opt. Max. edocti. Quòd  
 si adhuc anxij h̄esitarent, experirentur in  
 aliquo færo & agresti homine, qui aut in  
 montibus, aut sylvis educatus, literarum  
 imperitus, & legum Synēsium esset igna-  
 rus, interrogarentq; huiusmodi incultū &  
 farrum hominem, num perpetrare homici-  
 dia, furta, aliaq; enormia crimina, licitu  
 esset, an non: atque eius responso agnosce-  
 rent in hoc legis diuina notitiam à natura  
 inesse. Quòd si in færis ac beluinis prope-  
 modum hominibus sit hac notitia, quanto  
 magis in liberaliter institutis & prudenti-  
 bus. Igitur priusquam lex illa à Deo ede-  
 retur, voluntas eius, hominum cordibus  
 fuit insculpta.

Hac ratione conuicti, libenter acquie-  
 uerunt, omni scrupulo prorsus abiecto, eoq;  
 facilius Christi iugo sese submiserunt.

Bonzi nobis sunt longè infensissimi,  
 propterea quòd eorum fraudes & menda-

cia detegimus. Nam (ut diximus) populo  
 imponentes persuadebant quinque præ-  
 pta obseruari non posse: quare obstringebat  
 se ea pro plebe seruatuos, hac lege tamen,  
 ut necessaria suppeditarentur, & honor de-  
 ferretur: quin etiam ex ipso inferno, si qui  
 eò descendissent, crepturos. Nos diuersum  
 docebamus, redimēdi in inferno spem nul-  
 lam esse, neque quenquam à Bonzis inde  
 liberari posse. Hac nostra ratiōe pacati sunt,  
 & conciliati nobis Iapanensium animi, ita  
 ut ingenuè faterentur ad id usque tempo-  
 ris sibi à Bonzis impositum fuisse. Effectū  
 est tandem (Deo sit laus) ut vel ipsi Bonzī  
 negare non potuerunt, que de inferno à no-  
 bis disserebantur, seq̄, nec animas è pœnis  
 eripere posse, immo fatebantur, si hæc nō præ-  
 dicarent, defutura sibi ad vitam sustentan-  
 dam necessaria. Successu vero temporis ma-  
 gis magisq; desicere cōperunt solitæ eleemo-  
 syna, seu verius largitiones, nec pristino in-  
 honore esse, ita ut viles & abiecti domi-  
 cum inedia cōflictarentur. Ingens sanè con-  
 trouersia de inferno inter nos & istos Bon-  
 zos, eoq; euecta, ut exacerbatos eorum ani-  
 mas

*mos vixdū mitigatum iri, odioq; sōpito gra  
tiam iniri posse speremus.*

Plurimi tū viri, tū fæmina huius sectæ  
habitu rejecto, ad communē vitā redière,  
produntq; Bonzorū versutias, qui adhuc in  
sua vesania perseverant. Vnde eorum res  
in Amangucco quotidie in angustum redi-  
guntur, omnemq; fidem apud ciues amit-  
tunt. Retulerunt mihi Christiani breui fo-  
re, ut multa Bonzorū monasteria (si ita li-  
cet appellare) quæ centū hac in urbe nume-  
rantur, ob eleemosynarū defectū intereāt.

Antiquit<sup>9</sup> Bonzos & Bonzas, si quādo  
quing, illa mādata transgrederetur, capite  
plectebat Prefectus Prouinciae, seu homici-  
diū id esset q; patrassent, seu fornicatio, seu  
furtū, seu vetitorū esus. Verū abolita iā est  
hac cōsuetudo, & usus versus in abusum,  
ut nō modò publicè vinum bibāt, piscibus  
clā alijs vescantur, mētiantur, verū etiā  
impudentissimè fornicentur, pueros impuri-  
alat, ac ne vereātur quidē hæc publicè præ-  
dicare, sed peccatū negat. Ex populo pleriq;  
eisdē criminibus detinetur, ad tam præcla-  
rum scilicet istorum hominum exemplū.

Magi-

Magistros etiam plurimū sequuntur discipuli: Mulieres assidue apud eos versantur, tanquam ministrorum ac famulorum uxores, hortis & agris excolendis dite. Sed nec offendit quicquam plebem eiusmodi conuersatio, quæ sine maiori familiaritate esse non solet. Inuisunt ulti citrog̃ Bonzi Bonzus, & Bonza Bonzos. Nec desunt qui dicant has herbas uti, tū quibus conceptum impedian, tum quibus abortiant. Nec miror equidem tam enoribus eos flagitijs implicari, qui à Dei notitia plane descinerunt, Cacodæmones amplexuntur, venerantur, colunt.

Iapanēs. Omnes in uniuersum Iapanenses in o-  
in oratio rationibus longis coronis (quas vocant) v-  
nibus co ronis vs tuntur: constant autem 80. spherulis, & dū  
tuntur. orant, ad singulas eius quam sectātur secte,  
authorum & principum nomē exprimūt.  
Quibusdam etiam spherulas quasque mur-  
murando frequentius percurrere, peculiaris  
religio est. Qui vero sectarum precipui ha-  
bentur et authores (ut supra dixi) sunt Xaca  
& Ameda. Bonzi & Bonza fulvo colore  
insigniti, cū polissima populi parte Amedan  
sequun-

Sequuntur, qui vero nigri, et huc & Xacan:  
potissimum vero Xacan cum alijs multis.

Curaui, quanta potui diligentia, explo-  
randum, ecquid de illis cognosci posset, sa-  
pientesne hi, aut philosophi insignes suissent,  
simulq; rogaui Christianos, ut vitas eorum  
scripto ad me referrent. Deprehendi itaque  
ex ipsorum scriptis homines non fuisse, na-  
millæ, aut duo annorum millia vixisse di-  
cebant: Xacan vero etiam tria annorum  
millia in vita fuisse: quibus accesserunt mul-  
ta non minus absurdæ: unde colligere facile  
erat, non homines olim extitisse, sed meras  
cacadæmonum illusiones & præstigias.

Oro, obtestorq; omnes, si quilibet has le-  
turi sunt, Dei misericordiam auxiliumq;  
imploret, ut nobis singulari suæ gratia velet  
adesse cōtra hos dæmones Xacan & Ame-  
dan: ac deuictos dedat ad maiorem sua boni-  
tatis horrorem: Imminuitur interim indies  
magis magisq; eorum fides & authoritas.

Vir est in hac urbe apprime nobilis, qui  
inter alios studijs nostris maxime fauet, nec  
minore ipsius vox in nos benevolentiam  
declarat, quo circa impedimentum ullum

Christi

Christi fides spargatur. Siquidem utrique non parum placuit nostra religio, neuter tamen eam suscepit. Hanc ob causam credo quod multa Bonzorū collegia proprijs sumptibus exerent, & redditibus dotarint, ut singulariter pro se apud Amedā (cui se totos deuouerat) intercederet, atq; ita ex omnibus huius vite malis erepti, illā vite felicitate, qua illum frui putat, consequeretur.

Adferebant enim has rationes que à Christiana religione ipsos impediret, quod iā totos sese Xacæ & Amedæ dcdidissent, erogatis tot largitionibus, totque erectis edibus: quod si modò hanc nostrā fidē suscipierent, frustra omnes illos sumptus impendissent. Credūt enim certò certius receptiros se decuplū omnium quæ clargiti sunt, in altera vita, expectantq; ingentē suarum largitionum frugem: existimant etiam homines tum cibo, potu, vestitu, alijsq; opus habituros, illosq; maiori in honore futuros tum apud Xacam & Amedam, tum apud alios qui diuinijs etiā reliquos antecelluerint.

Hac & alia id genus sexcenta docebant Bonzi, qui eodē tempore nobiscum concionabant.

vabantur. Calumniias suas in frequentissima cōcione euomebant, tum in nos, tum in legem nostram: imò Deum ipsum hactenus inuisum et inauditum fuisse: nec fieri posse, quin pessimus dæmon sit, quē nos sequeremur. Quare sibi à lege nostra cauerent: fore enī ut Iapanensiū regio funditus intereat, quo cung, momento Deus noster adoretur: Nomen quog, Dei perperā interpretabātur, malitiosē id torquentes ad suā linguā, quasi idē eſſet Deus & Dain, q̄ apud eos mēdaciū magnū ſonat: ac proinde nos fugerēt nō minus q̄ venena: alijsq; cōtumelys Deū et fidē nostrā inceſebāt, quas tamē ille pro inſita ſibi bonitate in optimū cōuertit. Quātō enim ipſi magis debacchabātur, tātō nobis maioriſ fides haberi cœpta eſt, pluresq; Chriſtū agnoscabant. Nec enim latuit ipſos ex inuidia magis q̄ veritatis amore tātas tragedias excitari. Non parū opera & laboris adhibui, ut ſcirē ſi ante a vñquā Iapanēſes aliquā aut Dei, aut legis noſtræ cognitionē habuiffent. Intellexi vero tam ex scriptis eorum, q̄ aliorū oratione, nunquam de Deo aliquid eō perlatum fuiffe, aut cognitum.

Cangas-

Dux eā<sup>s</sup> Cangassimae tamē Duceū (quo in loco an-  
gassimæ Crucis sumus commorati) pro insigni compe-  
rimus, albam crucem habere, sed Christum  
pro insi- gni vte- planè ignorare.  
batur.

Dum Amāgucci agerem cum P. Cosma  
batur. Dux Bū Torres, & Ioanne Fernandez, Dux Bun-  
gensis, alioquin potentissimus, suis me lite-  
ris euocauit, quod nauis quedam Lusitano-  
rum eō appulisset: habere proinde, de qui-  
bus mecum ageret. Ego necdum moratus,  
eō sum profectus, tum ut probarem, si forte  
Christianorum fidem vellet amplecti, tum  
etiam ut Lusitanos viderem, P. Cosma &  
Ioanne cum paucis recens conuersis Amā-  
gucci relictis. Dux summacū humanitatē  
me excepit, nec parum me Lusitanorū ad-  
uentus recreauit.

**Seditio  
Amāguc-  
ci oria,**

Cūm verò Bungi essem, statim à meo  
discēsu Amangucci bellam atrox concita-  
uit Demon, nescio quis: Nam Primas qui-  
dam in ducem insurrexit, & collatis cum  
eo signis in fugam vertit, fugientemq; perse-  
cutes est magnis copijs. Dux verò cūm nul-  
lam videret elabendi spem, ne viuis cō-  
prehenderetur prius filium suum parvulum  
ad huc

adhuc quem secum trahebat, tum se pugione confudit, suis mandans, ut corpus utriusque concremarent, ne vel cadavera in hostium manus deuenirent. Quod & factum est. In quot & quantis periculis nostri belli tempore fuerint constituti, ex literis his adiunctis videre licebit.

Interfecto Duce primores existimantes prouinciam non posse administrari, nisi quis in defuncti locum sufficeretur, legatos misserunt ad Duce Bungensem, uni ex ipsis fratribus, quem vellet ducatum offerentes. Missus ergo Ducus frater, prouinciam suscepit. Est hic Dux Bungensis summus Lustanorum amicus, ditionem habet amplissimam, gentem ad bellum instructam: qui postquam Regis Lusitania nomen accepit, eius Maiestati sese obtulit, dediditque, & incertius amicitiae testimonium arma transmisit. Ad Proregem Indie destinavit etiam ex suis aliquem ad contrahendam amicitiam: venit eō nobiscum, & à Prorege summo cum honore & humanitate exceptus est. Promisit etiam sese effectu- rum apud fratrem, Ducem Amanuccen-

D sem,

sem, ut nostris in fidei negotio faueat, iu-  
uetq;. Sed & frater ipse post suū in Aman-  
gucchum aduentū idem pollicitus est. Quā-  
diu hic egimus (sunt autem iam ferè duo  
*Eleemosynæ Regis Lusitanæ*.  
anni cum dimidio) Christianissimi Lusi-  
taniae Regis eleemosynis vicititanim⁹, quā  
dari nobis iusserrat in hac prouincia. Erant  
enim ultra mille ducati. Dici non potest,  
quanta illius in nos sint merita, quantumq;  
in nostram gratiam pecunia, tum in ele-  
mosynas, tum in erigendas domos & colle-  
gia impendat.

Constitueram relicto Amangucco ex  
Bonzo in Indiam proficisci cum Lusitanis,  
tum ut cum fratribus aliquantum à labo-  
ribus immensis respirarem, tum ut illinc  
mecum fratres aliquot in Japaniam addu-  
cerem: tum etiam ut de ijs nobis ibi provi-  
derem, quorum hic penuria laboramus.  
Nono igitur Calend. Febr. Cocinum appu-  
limus, & à Prorege humaniter sum exce-  
ptus. Hoc mense Aprili anno 1552. Patres  
aliquot in Japaniam profecti sunt, & cum  
eis una reuersus seruus Ducis Bongēsis:  
faxit Deus, ut fructus quam plurimos in  
ea mes-

ea messe colligamus: quod & omnino credo futurum. Nam id hominum genus iudicio pollet, valet ingenio, discere cupit, rationi obedit, aliisque diuinis sanè dotibus præditum est.

Est in Iapania Academia longè maxima (Bando vulgo nominatur) ad quam ingens Bonzorum numerus confluit studio discendarum legum, quæ ex Syna primum allatae, ideo Synensi adhuc charactere (cum alioqui parum Iapanenses à Synibus differant) sunt conscriptæ.

Characterum verò seu literarū apud Iapanenses duplex genus, alterum à viris, alterum à mulieribus usurpatū: vulgo enim tam viri quam fœmina legere norunt, & scribere, nobiles maxime & mercatores. Bonzae puellas in eo genere docent, Bonzi pueros. Qui nobiliores sunt filii suis domi pedagogos alunt, à quibus instituantur. Bonzi ipsi perspicacissimi ingenij sunt, multum contemplationi dediti, eaque contemplari consuerunt, quæ post hominibus cœnatura sunt. Quorum sane aliquot

Acade-  
mia Bā-  
doo in Ia-  
pania.

Dij trā-

trârunt, ut ingenuè faterentur se in tali  
vite instituto, quale hactenus exercuerât,  
salutem consequi non posse: atque necessa-  
rium esse, ut omnia ab aliquo principio, &  
primo, & solo deponderent. Nec id alios  
patere potuisse, quos istud occultasse putat,  
propterea q̄ nullam haberet creationis rerū  
omniū notitiam, solamq; ijs, qua id proba-  
rent, autoritatem defuisse. Hi omnes non  
grauatim, nec sine voluptate legem nostrā  
auscultarunt.

In Amangucco nomen Christo dedit  
quidam, qui multis iam annis in Bandoo  
(quam Iapanensem celeberrimam acade-  
miam diximus) literis operam nauārat, in  
omniq; eruditione nominatissimus. Statue-  
rat is priusquam in Iapaniam veniremus,  
Bonzis sese adiungere. Sed mutato consi-  
lio in noua fidei luce uxorem duxit. Rese-  
rebat hoc uno se à Bonzorum cōsortio ma-  
xime reuocatum, quod Iapanensium leges  
falsas existimaret, unum vero Deum ado-  
rasset omnium conditorem. Non parum  
latati sunt reliqui Christiani in huius cō-  
versione, quod in tota urbe propter crudel-  
tatem

tionem celeberrimus esset.

Præter hanc sunt & alia Academia: hac tamen, ut dixi, maxima est. Posthac, fauente Deo, quotannis ex India Patres nostri in Iapaniam venient, & Amangucci domus societati erigetur, in qua tum lingua addiscant, tum quid cuiusque sectæ legibus contineatur, intelligant: ita ut quotiescumque zelus & fiducia peculiaris Patres incitabit ad academiam adeundam, inueniuntur sint hic, à quibus horum lingua & errorem intelligant. Quod sane non mediocrem utilitatem adferet ijs, qui tota nostra Europa lectissimi huc aliquando, ut spero, venturi sunt. P. Cosmas Torres, & Ioannes Fernandez nunc occupantur in explicandis vita C H R I S T I mysterijs, concionibus, aliisque id genus officijs, nec sine fructu. Tantum enim hi Christiani è vita Christi gustum percipiunt, ut in concionibus à lachrymis interdum non temperent. P. Cosmas lingua nostra conciones componit, quas Ioannes Iapanicè (quam linguam optimè calleth) transfert: atque hoc pasto optimè Christianis

Dijnis

**Signo  
crucis se  
munire  
discut la  
paneser.**

nis consulitur. Dum adhuc in errore versa-  
rentur, in suis precibus, aut coronis ( ut vo-  
cāt ) Deū identidem quē sectabātur, appel-  
labant. Susceptra verò religione Christiana,  
nō segnius Christū sonāt. Primū signo cru-  
cis se munire discut, in quo curiosiores ali-  
quāto sunt: mirātur, rogat quid hoc sibi ve-  
lit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti: Deinde cur dextera primū admouet  
tur capiti, cùm dicitur, In nomine Patris:  
pectori verò, cùm filij: à leuo humero man°  
ad dexterum ducatur, cùm spiritu sancti.  
Quorū ubi à nobis explicata ratio est, mi-  
rum quātum in Domino recreentur. Sub-  
iungunt deinde, Kirieleyson, Christeley-  
son, Krieleyson, atq; è vestigio interpreta-  
tionē sciscitantur. Posthac precatio[n]es suis  
corollis recitat, ac singulis Angelicis saluta-  
tionibus in fine, Iesus Maria adiūgunt. Vnū  
est q̄ eos vchemēter angit, q̄ in Inferno an-  
diāt nullā esse redēptionē: dolentq; plurimū  
de patrū, filiorū, cognatorū dānatione, nul-  
lamq; redimēdi spē ijs relictā esse. Rogitat  
frequēter ecqua ratione iuuari queāt, ele-  
mosynis, oratiōib[us], alysq; id gen° charitatis  
officijs.

efficij. Respōdemus nulla ratione posse iu-  
nari. Hic maximū dolore aī cōcipiunt. Sed  
leuius ista cura, tū ut sollicitudine maiore  
teneātur sue salutis, tum ut alieno periculo  
proprium vitent. Rogārunt etiam nū Deus  
liberare ex Inferno posset, & qua de cau-  
sa pœnas eorū aternas faceret. Quibus re-  
spondi quantum satis erat. Sed nihilominus  
tamen plorare cogebantur, ita ut ego ipse  
tatum nō eorum gemitu in lachrymas pro-  
rumperem, cūm charissimorum & ami-  
cissimorum mestitatem viderem, que ta-  
men omnino mutari non posset.

Sunt Iapanenses colore candidi. Terra Sina Iap-  
Sinensis finitima, amplissima est &  
pacatissima, &, ut Lusitani narrant, om-  
nes Europe regiones equitatu antecellit.  
Sinenses verò quos in Iapania, & alibi vi-  
di, singulari ingenij acrimonia pollut: ut  
albis equis ( quod aiunt ) Iapanenses hac  
in parte præcurrant: & alioquin sunt stu-  
diosissimi. Terra frugum, corūmque qua  
ad vitam necessaria sunt, ferax: urbes fre-  
quentes & insignes domus ingeniosè ex  
lapidibus extorta: Et ne longior sim, regio  
Apud si-  
nēces om-  
niū rerū  
affluētis.

D iij      sanē

sane ditissima, & sericis refertissima. Homines plurimum ut moribus, ita & legibus inter se differunt, eosq[ue] partim Iudeos, partim Mauros esse intellexi: an vero etiam aliqui sint Christiani, nondum liquet. Spero hoc anno. 1552. me, ubi Rex habitat, iturum, ac relaturum inde fructum aliquem. Illorum conuersionem ad hoc plurimum facturam video, ut Iapanenses libentius etiam proculatus antiquis legibus, Christum agnoscant. Inter Liampum (quaenam una preceipuarum ciuitatum est) & Sinam fretum tantum quoddam interiectum est leucarum 80: spero Dei auxilio id apertum iri, non nobis soli, sed & omnibus aliari regioni patribus, ut quo iadudum maximis desiderijs anhelat, magnu[m] Christifidelium numeru[m] ad catholice matris gremium adducant. Quapropter quam possim obnixissime oro & obtestor omnes, quibus aliquod propagandae fidei studium inest, per amorem Iesu Christi, ut mei memoria in suis orationibus & sacrificijs habere velint, quo tandem prouinciam aliquam disquiram, in qua ipsi sanctissima sua desideria plenissime perficiant.

De

De rebus Indicis nihil scribo, quod fratres qui illic degunt, existimē de ijs abūdē ad vos perscrīpsisse. Hucusq; ex Iapania sa-  
no & vegeto corpore, absque omni tamen  
spirituali cōsolatione perueni: spēroq; in mi-  
sericordia, & meritis Domini nostri Iesu  
Christi, vires suffecturas, quibus laboribus  
plenu & periculis iter in Sinā conficiam.  
Cōsenui quidē, atq; ad canos deueni, viri-  
bus tamē corporis nunq; mihi videor magis  
viquisse: labores quos subimus, tāet si magni  
sunt, secū tamē magnas consolationes adfe-  
rūt. Nam post cōcessam à Duce prædicandi  
facultatē, tantus fuit hominū cōcursus, tum  
ad disputationes nostras, tū cōciones: ut nō  
potuerit mihi nō iucundissimū esse id vi-  
dere, tū quod per nos quanquā inutiles, Deo  
visum esset gētiles cōfundere, victoriāq;  
in manum dare, tū quod iucundissimū es-  
set ipsis recēs ad fidē cōuersis, reliquos quo-  
que cōverti. Vidisses unā laborātes alacres,  
sedulos cū Gētilibus disputādo versari, hor-  
tari, monere, ut Christū etiā amplecteren-  
tur. Quod si persuaserāt, gaudere letari suas  
victorias narrare. Sūma hac mihi erat re-  
crea-

creatio, ut ipse laborū parū, aut nihil sense-  
rim. Atque utinam, uti hanc animi mei  
recreationē literis perscribo, ita re ipsa ad  
Europæ academias quasque transmittam.  
Crederē fore, ut omnes maximis alioqui  
talentis prediti, utilius in hoc fidei ne-  
gocium expenderent, eoḡ, lubentius, quo  
facilius hic est homines ad fidem inducere,  
ad quam iamdudum videntur inclinari.  
Id rectius ac maiori cū laude facturos ex-  
istimare, si omisso Iure Canonico Doctores,  
Prælati verò dignitatibus abdicatis, ac redi-  
tibus, in Japaniam ad vitam beatiorem,  
sucundiorē, & tranquilliorem, quam in  
qua degunt, quamprimum sese transferat.

Hac raptim, ut sors obtulit, nullo ordine  
aut cura scripsi: Erat enim iamiam profe-  
ctura nauis, & literas has, alioqui satis lō-  
gas amicorū visitationes frequenter interru-  
perint. Itaque finem impono, Deum Opt.  
Max.orans, ut ad eterna illa gaudia nos  
perducat. Amen.

Ex Cocino. 29. Ianuarij. 1563.

Totus vester in Christo Franciscus Xaverius.

# EX EPISTOLA PETRI

Dalcenæ Societ. Iesu à Iapania ad fratres  
Conimbricenses missa.

Ano. 1554.

## ARGUMENTVM.

Francisco Xauiero in Malacca oportunitatē Sinas traiicēdi, expectāte, Cangalimā deueniunt, vnde in Bonganū regnū profecti, benignē excipiūtur à Rege, qui eorum officia oblata, & fidē gratam habuit. Narrat deinde de insidijs Regi strudis, quartū authoribus capite plexis, conflagratis sunt omniū penē ciuium, etiā Ieshuitarū ædes, prætes indumenta sacerdotalia, & ad sacra pertinentia, quæ miraculorē conseruantur. Gentilium cōtumes, lias in Christianos subiungit: insuper & miracula quædam, & Christianorum in fide constantiam, ethnicorūq; diabolicam erga idola superstitionem.

## PAX CHRISTI.



Harissimi fratres An. 1554.

I. S. Calēd. May in Sinam

P. Frāciscus Xauier iter instituit, assumptis una P. Baltazar Gago sacerdote, &

Eduardo Syluio, & me, non ut in Sinā sequū nos adduceret, sed in Iapaniā ablegaret.

Quare

Quare cùm in Malaccam (quæ ab India  
1800. miliaribus distat) ventum esset, Bal-  
tazaro nobis p̄fecto, nos dimisit. Quare res  
eo magis nobis placuit, quod alioqui nobis  
sine pastore & confessario eundum fuisset.  
Ipse verò in Malacca remāsit oportunitatiē  
ad Sinas traiſcendi expectans. Nos postri-  
die Nonas Iunij Japaniam petuimus con-  
ſensa nauī, quæ in Sinas proficiſcretur.  
Quo cùm proſpera nauigatiōe veniſſemus,  
commodum etiam inde in Japaniam trai-  
cimus poſtridie Calend. Auguſti, ac poſtridie  
Idus eiusdem mensis Cangassimā, quo  
cursus erat, appulimus, ubi etiā antea no-  
ſter P. Frāciscus fuerat. Vrbis dominus hu-  
mane nos excepit, & ad dies octo, quibus  
ibidem haſimus, ſatis liberaliter nos ſuſti-  
nuit. Undecimo verò Calend. Septemb. in  
Bonzanum regnum perrexiſimus, non ſine  
multis rēpeſtatibus & procellis, eoz. 7. Idus  
Septemb. appulimus. Rex nobis iuſſit ad eadē  
adornari, eumq; poſtridie adiuimus. Po-  
tentia ſanè Princeps eſt, & cui multæ parent  
nationes. Obtulimus ei arma aliaq; mu-  
ueran non exigui pretij, à Vicerege miſſa.

Hib

*His ille recreatus, nullū vicissim in nos humanitatis officiū prætermisit: Singulis diebus varia fercula ciborum mittens.*

Intellexerat P. Cosmas Torres Amanucci tum agens, de aduentu nostro, quare Ioannem Ferdinandum apprimè in Iapānēsi lingua versatum ad nos transmisit, ut ageremus apud Regem de quibusdā viceregis negocijs, necno rebus fidei. Verūm hoc quinto primū die à primo colloquio līcuit, & de fide grata Regi fuit admodū nostra oratio. Post aliquot dies iterum de ijsdā rebus in hunc fere modum egimus.

Nuper M.T. paucis aperuimus de vero Deo, qui & animarum nostrarū, & corporum, cæli item & terra Creator est, nosq; iam perpetuis supplicijs destinatos redemit. Diximus etiam liberum forū à dolis & falacijs demonum, eternāq; gaudia, & beatitudinem veram cosecuturum, qui huic Domino fideliter adhæserit, seruierit, & adorauerit. Contra vero qui neglexerit, demoni subiectū, ac post mortem pænis perpetuis adiudicatum iri. Hac libere M.T. expōmus, q; intellexerimus ex literis ad Prore-

Oratio  
ad Rgē.

gem

gem, et nostrum aduentum te desiderasse  
 & etiamnum optare, ut lex illa Regis &  
 terni ac creatoris omnium in tuis prouin-  
 cij promulgetur, & nisi fallimur, tua quo-  
 que Majestas Christiana fide erudiatur. Ha-  
 c tenus expectatum est, dilatumq; negotiū.  
 Nunc iam tandem Rex adsumus, magnū  
 exciti studij, ut votis tuis tam pīs per nos  
 abundē satissiat. Deliberet itaque Majestas  
 tua, quid facto opus sit, consultūmne vide-  
 atur, nos in hoc regno sedem ponere. Quod  
 si manet sententia, qua potissimum ratione  
 remtantam aggrediendam arbitratur? Si  
 alios Patres ex India accersendos indica-  
 bit, meminisse profectō oportet breuem ac  
 momentaneam esse vitam hominis, resq;  
 humanas continuo fluxu dilabi. Nos ta-  
 men interim tuae humanitatis nunquam  
 non poterimus meminisse, ac benevolentia  
 qua nos foveris, promptāmque in nos ani-  
 mi voluntatem excusculari. Quod si vide-  
 bitur forte ē vestigio negotiū tam ardu-  
 um arripi non debere, feremus & hoc: &  
 dum tempus melius aliquid & oportunius  
 M. V. suggestat, Amanguicum concede-  
 mus;

mus: & si nihil aliud, saltem linguam addiscemus, donec placebit Maiestati tua nos illinc auocare. Quantum ad nos attinet, postpositis omnibus, praesto erimus. Intelligimus quendam ex tuis hominibus nobilem à Maiestate tua eò transmitti, quare definiri iam rem totam vehementer optamus: atque si discedendum est, à Maiestate T. ei profectionis comites dari. Neque enim id inutile futurum arbitramur. Si redeundum erit, re tota cum Parte communicata ( prout ad Dei gloriam conducere videbitur) Maiest. T. quam libentissime seruiemus.

Respondit Rex optimè se perpendisse. RESPONSO  
Regis ad  
orationē  
omnia scire se item P. Cosmam Amangu-  
ci agere, ac multos iam ad fidem perduxisse:  
dolere, verò se nundum in suo regno Chri-  
stianum ullum esse. Itaque cum audiat per Rex offi-  
dit his  
verbis ai-  
sui affecto-  
rum bo-  
num ers-  
ga fidem  
catholis-  
cam.  
P. Cosmam ibi fidem propagari, sibi videri  
ut apud se manente regni sui gentem quo-  
que Christo iniciemus: Velle etiam sèpius  
cum Prorege sua communicare: quare o-  
pus esset ut ipse P. Balthazar præsens sit, se-  
cū enī ultro citroque literas mitti non posse:  
se quo-

se quoque tum ob hanc causam, tum etiam  
ob populum suum Christo adducēdum de-  
siderare summoperè ne quoq; discedamus.

Respondimus laudandum esse in Rege  
tam diuinum animi desiderium: Tamen  
cū res tanta sit, referre plurimum, si de-  
care prius cum P. Cosma agatur, quippe,  
qui ceteris in hisce regionibus atate maior  
esset, & in his negocīs usū multum posset.  
Rationem quoque habendam esse in pri-  
mis Amanucci, quod ibi plena predican-  
di potestas nostris iamdudum esset conces-  
sa, eamq; literis regis firmatam, ac om-  
nium primatum ipsius suffragiis probatam  
esse. Idem hic etiam fieri debere, si non ob  
aliquid, saltem ad tollendum scrupulum &  
trepidationem, si qui fidem amplecteren-  
tur, easq; exoluendos à metu, qui à consue-  
ta religione desciscerent.

Ad que respondit promptè admodū, vel  
hic eadem nocte paratum se, ut in plateis,  
locisq; publicis passim literæ figantur: revo-  
cans etiam in memoriam, alim à se pradi-  
candi facultatē nostris concessam esse (nā  
contigerat hāc iterfacere) ac sperare pluri-

mos conuertendos. Videre tamen sibi tempus parum idoneum laboribus euangelicis grauibus alioqui, quod iam frigora incalescerent. Postremum hoc facile depulimus, data nobis esse corpora, ut Christi nomine patiamur, inquis fidei promouenda negocio ipsum imitemur, quare de frigoribus nos ne quaquam esse sollicitos, si modo spes aliqua sit ipsius gloriam augendi.

Videns ille nihil nos a sententia dimo<sup>ne</sup>ri, P. Cosmam (si quidem ita videretur) conueniendum esse dixit, seque in hoc negocio nobis non defuturu. Interim licere, ut chartæ publicis in locis, ac tota urbe celeberrimis, figantur, quibus & commendatio aliqua futura predicationi accederet, breuique futuram significetur. Melius tamē vi sum est, ut nisi re prius cum Cosma communicata, nihil publicaretur: cui si probaretur, tum id nos commode facturos, ad eū quidem modum, quo Amanucci antea. Mittor itaque mense sequenti, qui Octobre erat, an. 1552. a P. Baltazaro Amanuccum, quod Bongo miliaribus 120. ab erat pedestri itinere. Excipiunt me P. Cos-

E mas,

mas, et reliqui Christiani summa cum charitate. Subsecutus est paulo post Eduardus eadem ab omnibus suscepitus benignitatem, magnamq; consolationem attulit ipsius aduentus. Postremò P. Baltazar Gagus cum Ioāne Ferdinando circa finem Decembris eiusdem anni nō sine magna tum nostra, tum Christianorum letitia.

Ipso die Natalis Domini & Saluatoris nostri Missarū solennia celebrauimus, magno omnium Christianorum gaudio. Sacra verò nox in legenda Christi vita magna ex parte consumpta est. Et quia cuique sacerdotum tria sacra celebranda erant, p. Cosmas facti rationem declarauit.

Pridie Non. Februarij An. 1553. P. Baltazar Gagus, & Ioannes Ferdinandus, ego Bongum reuertimur, statimq; ubi aduenimus, Regem Baltazar accessit, à quo humanissime exceptus, ad quietem sercipere iussus est: voluit enim Rex parcer defatigato. Redeuntem altero die in scribendis literis ad Proregem occupauit, quibus gratias agebat, de munificentia, donisque que tuleramus. Significabat etiam Patres

Regis  
præclara  
pietas in  
nostros,

Patres iamiam fidei negocium in suo regno  
 aggressuros, gratum sibi id esse, ac suo fa-  
 uore id prosecuturum, loca quoq; ad habi-  
 tandum, reliquaq; necessaria largiturum.  
 Gaudium suum quoque expressit, quod cō-  
 cepisse se aiebat ex eo quod ibi remaneret  
 Baltazar: Eius enim opera se uti velle, ad  
 scribendum sepius Proregi, et alijs in In-  
 dia Regis Lusitanæ Praefectis, quorum fa-  
 miliaritatem & amicitiam iam à multis  
 annis expetisset: verum quod fideles de-  
 fuissent homines, animi sui desiderium ex-  
 plicare non potuisse: modo vero id explicare,  
 seque promptum offerre, si quid sit,  
 quod ipsis sua opera posset impendi, roga-  
 réque ut plures verbi Dei præcones trans-  
 mittantur. Expeditus hisce literis, me  
 Tirandum contuli, hinc ad 180. miliaribus  
 dissum, nullo utens interprete. Interim  
 violenti dicere, signis & nutibus loquendū  
 erat, eoq; modo agendum fuit ad dies octo-  
 decim, quanta cum molestia, vobis relin-  
 quo coniectandum. Satis mihi est ipsa rei  
 experientia.

Secundo die à meo discessu atroces tragediae  
 E ij excita-

excitate sunt Bongi, cōtra P. Baltazarum  
& alios fratres. Tres enim primates in  
Regis necem conspirauerant, eoque tur-  
bationis ventum es, secundo Quadra-  
gesime die, ut Christiani nostros consu-  
luerint, num satius eset collectis rebus o-  
mnibus, urbe quasi iamiam incendenda  
cedere. P. Baltazar consideratis periculis,  
in quibus Rex versaretur, Ioannem Ferdi-  
nandum eō misit, qui hominē animaret, et  
ad fiduciam in Deū hortaretur, qui ipsum,  
& sibi addictos, & à periculis liberare pos-  
set, & ab hostibus: nos etiam nostras qua-  
lescumque preces pro Regis salute oblaturos.

Magna regis cōstantia. Rex vero in tanto discrimine constitutus,  
forti nihilominus animo in sancta perstigit  
voluntate. Cūm ad palatium veniret Ioā-  
nes noster, tam commota deprehendit om-  
nia circunquag, ut hostes à traditorum fa-  
ctione discerni nō potuerint: & amicos ho-  
stibus hostesq, amicis ita immixtos, ut pla-  
nè de aditu ad Regē desperaret. Ceterū  
voluit Deus, ut ab ea parte, qua Ioānes ex-  
pectabat, porta aperiretur. Viso ergo Rege,  
accurrit, quaq, Baltazaris nomine iussus  
erat

erat renunciare, renunciat, non sine Regis  
latitia, qui identidem etiam rogauit, ut sa-  
lutem suam Deo diligenter commendare-  
mus. Nostri etiam periculo non aberant,  
sed sperantes in Domino non sunt confu-  
si: quanvis ubique plateæ armatis opple-  
rentur, ac maxima pericula vndique  
immine rent: breui tamen temporis spacio  
sublati sunt tres illi principes seditionis au-  
ctores, & filii, uxoresq; eorū, & quotquot  
ab ipsis steterant, Regis iussu nō multò pōst  
interēpti. Principum nomina erant Lotor-  
midonus, Scimandonus, Nacacandonus  
omnes tum genere, tum titulis in barbara  
natione clari. Nos, dum alij cædibus dant  
operam sedulō, omnia cadaveribus replen-  
tes, ad orationis arma cōfugimus. Hic ecce  
filius cuiusdam seditiosi principis in tem-  
plum nostrum accurrit, latebras querens,  
rogauit, ut in cistam alicubi abderetur. Oc-  
cultamus sub lecto in tertiu diē, donec tu-  
tius dimitteretur. Cæses ergo seditionis au-  
thoribus, ignis in eorū palatia injectus est,  
adeoq; flāma inualuit, ut trecentæ & am-  
plius ædes una cōflagrārint, atq; inter eas

E iiij tum

tum nobilium, tum diuitum mercatorum,  
 Indumenta & nostra domus, indumenta tamē  
 ta sacerdotalia, eaqꝫ quæ ad altare pertinent, i  
 miraculo flammis miro quendā modo conseruata sint.  
 se ab ins- Nam consumptis omnibus circunquaque  
 cēdiocō: vnum cubiculum, in quo asseruabantur, in  
 seruata. tactum mansit, haud dubiè quin prouidente  
 Deo, qui ne minimum quidem perire vo  
 luerit, ut ne in comparandis alijs diu mul  
 tumqꝫ denuò esset laborandum, quod facile  
 hic haberi non possint: Ille ipsa nocte Rex  
 non parum de nobis sollicitus, quendā mi  
 sit, qui nos consolaretur, tum quidem pro  
 pter illatam calamitatem, tum propter, qui  
 eam præcesserant, labores: bonoque animo  
 esse iuberet: cum bellum iam fœlicissimè so  
 pitum esset, se dolere de iactura nostra ve  
 hementer, sed tamen eam in se recipere.  
 Vbi vero de sacris vestibus intellexit, in  
 tegras adhuc esse omniaqꝫ quæ ad missa sa  
 crificium comparantur, summoperè gau  
 sus est. Agnouimus sane Regis in nos &  
 nimum, ac Maiestati ipsius de tanta tum  
 sollicitudine, tum bencuolentia & libert  
 litate gratias egimus.

Quarto

Quarto deinde die Regem Pater accepit, verba de rebus diuinis, & utilitate aduersorum facturus, cāque de manu Dei non minus quām prospēra accipienda esse docuit.

Verūm non multò pōst, exorta est in nos non leuis tragēdia, occasione sumpta ex eo quod in Bonzi cuiusdam aedes (genus hoc de sacerdotibus gentilium esse diximus) sese Pater nōster habitandi gratia receperat. Cū itaque inter ipsos multæ & graves disputationes insurgerent, iūque euidentissimis, & verissimis argumentis conuincerentur, que istorum hominum pertinacia est, tanto magis crescens, quanto clarior elucet veritas: ad clamores & furorem se conuerterunt, fēdas & horrendas voces, adeoque dāmone indignas proferentes. Deinde foras profiliētes, omnia complebant clamoribus, se vīctores vocerabantur: alij nos dāmones vocabant, alij ridebant, & iocantes, P. Baltazarum Deum Patrem appellabant, quod Dei sēpē mentionē faceret. Rogabant etiā, ut ludent, ubinam Deus esset? Alij auellendum

Quanto  
clarior e-  
lucet ve-  
ritas tan-  
to magis  
crescit  
Bōzorū  
pertina-  
cia.

E iij ipsi

ipſi caput à ceruice clamitabant, ac pericu-  
lum faciendum nū rediret ad vitam, mor-  
tuorum resurrectionem notantes: alij bapti-  
ſmū irridētes, lauari velle ſe, ut Christiani  
ſierēt dictitabāt. Breuiter in omnia cauilla-  
bātur Deū, Resurrectionē, Baptismū, ſic &  
ſuadentes populo, quod quicquid de Cegni-  
co, id eſt, re cælitus missa ab ipſo diceretur,  
mendacium eſſet, & niſi amentes haberi  
vellēt, & decipi, quod fides uilla ipſius ver-  
bis haberi nō deberet. Verūm cūm ſe paſſim  
conuinci, confundiq; rationibus viderēt, de  
nocte ſe vindicabant, domū noſtrām ſaxis  
impetentes: Imò interdum vix ſe conuinc-  
tes, quin de die etiam lapidibus in noſ ſe-  
nirent. Gaterūm iam tale nihil audent pa-  
lam attentare, non quod nos reuereantur,  
ſed quia Regem metuunt. Is enim commi-  
ſit id negotij virus nobilibus noſtre vici-  
nia, ut noctu excubitores ad domum no-  
ſtrām conſtituerent, qui tumultū authores  
iſtos comprehenſos, ad grauiores pœnas tra-  
herent. Verūm ubi hoc Regis ſtudiū erga  
nos intellexere, deſtituerunt, verſaq; eſt in  
tranquillitatē tempeſtas, atque effulſit in  
cordi-

cordibus nostris non minima consolatio, ob  
id maxime, quod nouorum Christianorum  
feruor magis, magisque augebatur: ita ut  
nō solum se publice profiteātur Christianos,  
verū etiā alios ad Christianitatē hortentur.

Edictis tamen Regis non omnis de-  
pulsa est aduersitas, nam Bonzi nefarij ho-  
mines & scelesti, maximo nos odio prose-  
quuntur, quod quō plures per nos vident  
conuerti ad fidem, tanto magis donaria co-  
rum & eleemosyna decrescant: neque prae-  
terea, pro defunctis, quos ex inferno libe-  
rari non posse ostendimus, aliquid recipiūt,  
ut solent antea. Gentiles enim qui hac de-  
re conciones nostras audierunt, minus  
quam solent largiuntur, videntes veritatis  
lumen mentis tenebras repellere cœpisse.  
Hec res bonos istos viros grauiter angit:  
Quare nihil non agunt, quo turbas aliquas  
graues nobis moueant, ciuēsque in caput  
nostrum irritent.

Sed ad nouorum Christianorum diligen-  
tiam & feruorem venio. Inter omnes unus  
est: qui præcateris tantū ad concionandū,  
Christumque omnibus persuadendū incen-  
sus

Feruor  
Neophy-  
terum.

sus est, ut in ea qua habitat urbis parte,  
 vix illa familia reperiatur, quæ Christia-  
 nos non habeat: ut omittam multos alios,  
 quos etiam alibi ad suscipiēdam fidem in-  
 duxit. Alius, cuius filij nondum erant  
 baptizati, cùm ipsorum unus in morbum  
 incidisset, medicamen à nobis petiit. Re-  
 spondit Pater, non esse sibi aliud, quam q  
 ad animam sanandam valeret. Rediit is-  
 domum, nec filio verbum ullum fecit de  
 regno Dei. Mortuus ille est in infidel-  
 tate. Quare attonitus mortui pater, rursus  
 ad nos accurrit, flēs, & ut ipse met aiebat,  
 merito: nam sibi imputandum esse, quod si-  
 lius sine baptismate è viuis excessisset.  
 Quæ res sane homini horrore, terrorē mōx  
 maximū incusit, ut multis afflictionibus  
 & pœnitentijs hanc maculam diluere sta-  
 tueret: veritus porrò ne idē eueniret alijs,  
 extēplō omnes unā cum uxore ad Christi  
 baptismum suscipiendum adduxit, ablutiq;  
 sunt summa cum religione. Paulō post filia-  
 rum una, eodē morbo quo frater periit, cor-  
 recepta est, que iussa Christo confidere, postero  
 die incolmis surrexit.

Eodem

Eodem die vir quidam nobilis tertio  
ab urbe lapide habitans, Patrem euocauit  
ad baptizandum uxore cum filijs, quo die  
triginta sacris aquis abluit: variisque di-  
sputationes cum Bonzis, & id genus ho-  
minibus habuit, qui omnes cōfutati abiēre:  
Nam si Deus pro nobis, quis contra nos.  
In alio etiam pago multi baptizati sunt,  
inter quos erat quidam natus annos 13. à  
puero cæcus, qui subito à baptismate solē, cœlumq;  
& cetera omnia videre cœpit, ac  
perfectè visum recepit. Quæ res Christia-  
nos multum confirmauit.

30. Vno  
die bapti-  
zati.

cœpo post  
acceptū  
baptismū  
visū reci-  
pit.

Faber hic quidam est, ita in res dini-  
nas accensus, ut vicatim concionetur,  
& si quem conuertit, ad nos quamprī-  
mum baptizandum adducit. Is adeo Ia-  
panum sectas exhorret, & vilipendit, fe-  
storūmque consuetudines & ritus adeo  
execratur, ut cùm nuper festum quod-  
dam celebraretur, ipse sese ad opus com-  
posuerit. Rogatus vero num & ipse esset  
Christianus, aut quo animo auderet tam  
solennidie tractare fabrilia, respondit stul-  
tos esse, qui demonibus festos dies ageret:

se

Se vero legem obseruare Creatoris cœli & terre, & Christianum esse, clausosq; cuderet pro domo Patrum Lusitanorum.

Aly etiam viri primary Christiani dominum nostram, eam solam ob causam interdum accedunt, ut laborando dæmonum festa violent. Qui nullam artem calleb, suam ijs qui norunt, præstant operam, vel iuuat, Piū obse vel cibos apparant: aly fodunt, vel fabris quiū nō lignarijs et murarijs ministrant, his lateres, uorum Christia aquam, calcem, arenam, illis etiā necessarit noram. suppeditando. Edificatur itaq; domus hac Aedificium Pa in loco spatio admodum, & piano, & cōmodo, pridie Idus Iunij Anno. 1553. nobis à Rege donato.

In hac planicie ipso Veneris, pridie S. Mariae Magdalena, Pater Baltazar insigne & prealtam Crucem multis presentibus Christianis, & duobus Lusitanis viris nobilibus erexit: induitus ipse alba ueste linea preces horarias de S. Cruce recitabat, quares Christianos multū recreauit. Christianorum numerus tum in hac urbe, tum in pagis vicinis habitantium est circiter 600. augeturq; quotidie. Hi in rebus fidei bene sunt

Numer<sup>o</sup>  
nouorū  
Christia-  
norum.

sunt instituti, adeoq; stabiles, ut etiam vi-  
tam parati sint pro huic veritate profun-  
dere. Tribus tamen tentationum machinis  
a dæmoniis solent infestari. Primum quod  
nesciant, quid post hanc vitam futurum  
sit, cum nemo e mortuis, qui ista referat,  
reuertatur. Secundo, quod lex idolorum tot  
annos viguerit, atque instituta sit a suis  
authoribus nimis sanctis. Tertio, quod  
nisi post tria fere millia annorum haec vera  
lex non fuerit ipsis manifestata, & iam  
tardius allata videatur. Sed haec sumnia  
effici ratione ipsis ex animo euulsumus.

Civitas Bungum modo alta pace fruitur,  
& nostra etiam omnia pacata sunt. Rex  
cum duobus primarijs, quorum consilijs po-  
tissimum utitur nobis admodum fauet, ipsis  
que res nostra & doctrina comprimis pro-  
batur. Speramus ex hac vinea tametsi in-  
cultâ hactenus, fructum aliquando uber-  
imū horreo dominico accessurum. Aman-  
gucum, ubi multo tempore egimus, mul-  
tos similiter Christianos habet, in quibus  
ad religionis perfectionem nihil desideres.  
Res Christiana cumprimis ipsis cordi est,

ad eo

Tētatio-  
nes dia-  
boli.

adeo ut iudicare sit admodum difficile,  
quid ab ipsis differant etiam fratres no-  
stri, ob amorem singularem & charita-  
tem qua nos prosequuntur. Lusitanos om-  
nes fratrum germanorum loco habent. Gen-  
tilium omnem memoriam abiecerunt,  
nisi quod orando pro ipsorum salute, &  
quantum possunt, ad fidem eandem solli-  
citando, affectum ctiamnum prodant sim-  
gularem.

In hac urbe varie admodum sunt secta  
acciditque non raro inter maritū & ux-  
orem, religionem non constare, ac ne inter  
filios quidem. Quae res apud ipsos leuis  
habetur. Quisque enim quamcunque ani-  
mo lubet sectam amplectitur: nec hic turpe  
est à parentibus & fratribus etiam religio-  
ne differre: Inter Christianos vero non itē.  
Sed quisque sedulo ad eandem fidem &

Eximia nouoram Christias norū pie tas.  
Infidelibus ipsi Christias nali aut humana, sed diuina charitate Inf. si sunt o deles interim Christianos ut hostes capta- dio, quos les fugiunt & horrent: contrā Christiani cū ipsi tamē infidelibus libenter versantur, omnem que-

quarentes hortandi, docendi, monendi <sup>Christias</sup>  
occasionem: si quo modo Deus illis quo-  
que largiri velit suam gratiam. Demisso  
adeo atque humili animo omnes prædicti  
sunt, eaque morum amabilitate, ut nō hor-  
reant sese in culinam proripere, loci mu-  
nera obire, cubicula componere, verrere.  
Et gratum quidem id obsequium Deo  
arbitrantur, si lubentes faciant, sibi que  
vicissim hoc laboris insigni aliquo bene-  
ficio cumulatum iri. Sæpenumerò spiri-  
tuale aliquod remedium petunt, tanquam  
si in vita spirituali iam longè essent proue-  
cti. Vbicunque sese offert occasio, de re-  
bus spiritualibus & diuinis libenter col-  
loquuntur & tractant, gentiles repre-  
hendunt, idola eorum confringunt, io-  
cantes interim: Num quid possunt? in-  
quiunt: quin vindicant se? quid tacent?  
Atque ita Deos Gentilium indificantur.  
Sunt etiam nonnulli, qui voverunt, se  
de nulla re penitus nisi diuina acturos.  
Omnes singulis Dominicis diebus sacri-  
cio Missæ religiosè intersunt. Multū sane  
inter hos, & Indos Christianos interesſe.

Negue

Neque id mirum, Iapanenses enim multo  
sunt feruentiores, ingeniosioresq;. Quare e-  
tiam lubentissimè ad has partes vobis esset  
aduolandum, ubi vestros labores tanto cù  
fructu impenderetis.

Calūnia  
gentiliū.

Ingentes  
nouorū  
Christia-  
norū elee-  
mosinæ.

Orta nuper in Christianos est calunnia  
quædā Bonzorum: Nam ex amaritia eos ad  
fidem induci dicebant Bonzi, ut ne quod  
iā tot annos consuetudo receperat, eleemo-  
synelargirētur. Quare Christiani ad P. Bal-  
thazarum conuenere, egereq; cum ipso, ut  
pauperibus in templo gazophilacium erige-  
retur, in quod quisque quantum videretur,  
conyiceret, & singulis mensibus in paupere-  
rogaretur. Et in hunc usum iam vasa ali-  
quot certis in locis collocarunt, eaq; oriza  
implentur tam largè, ut post datas cuique  
eleemosynas, supersit. Antequam veroci-  
bos distribuant, explicationem præcepto-  
rum Dei præmittunt, ut menti quoq; confi-  
latur. Certè ipsorum tum largitatē tum cha-  
ritatē sine magna admiratione videre nō  
potuimus, nostræ imperficiōis multū cōscī-  
Alud præterea misericordie opus cir-  
ca mortuorum sepulturā aggressi sunt, pa-  
rato

rato iuxta templum nostrum cœmiterio, confecto etiam eleganti seretro, ad serenda cadauera. Qui nobiliores sunt, funus efferrunt: & quod etiam de omnibus recte dixerim, ita misericordiae operibus, incubunt, ita ad maiorem indies pietatem contendunt, ita solum Christum cogitant, ut alios incitent: multiq; etiamnum ad veteres nostras aedes non raro de patre Cegnacorum, id est, rerum cœlestium nuncio, percontentur. Quem cum responderent malevoli in Lusitaniam reuertisse, necessum fuit in foro publicè concionari: ac tum ad aedes nostras maiore numero cōcurrere cœperūt.

Prima Quadragesima cineribus Christianorum frontes signauimus, ut recordarentur originis sue, seseq; in puluerem & cinerem aliquando conuersum iri. De qua re quoque habita concio est, atque explicata hac Ecclesiæ Catholicæ sancta & auita consuetudo. Quod sanè auditores nō mediocri gaudio affecit. Multi tota quadragesima ieiunium seruārunt. Mulieres omni Sabbato otius anni, tametsi difficile sit huic gēti ob consuetudinē iam inueteratā, manū cibum

Christians  
norū le.  
iunia.

non sumere. Officium S. Crucis ipsa Veneris  
sacrae die mane celebrauimus. Crucem de-  
inde populo venerandam exposuimus. Po-  
ste a passio Domini prelecta est, nec pauci  
fuerūt, qui in templo pernoctarent. Sancta  
Paschatis celebritate absoluto solenni sacro  
epulum Christiani totius urbis adornarūt,  
eo modo quo domi nostra singulis mensibus  
solent: ubi verò corporis necessitatibus satisfe-  
cissent, ad templum itum est, ut ne ani-  
mo quoque suis deesset cibus. Post fusas  
igitur preces, actisque gratijs Deo omnium  
lægitori, pro defunctis etiam oratum est.

¶ Miracula quædam per aquam  
Baptismatis patrata.

**H**VNC Christianorum feruore plu-  
rimum inuerunt miracula, que per  
aquā sacri baptismatis Deo visum  
est operari. Primum hac partus leuatus est  
mulieribus nonnullis, simul arg. haussent:  
febres quoque depulsa. Alius cui ad men-  
ses tres paralysis vocem etiam ademerat,  
Item pa- ralysim. post multa tentata remedia & incationes  
hausta

Aqua bap-  
tismatis  
partū fa-  
cilitat.  
Febres sa-  
nat.  
Item pa-  
ralysim.

hausta aqua baptismatis, statim pristinam sanitatem, & linguae usum recepit, ipseq;<sup>ss</sup> tanti boni nuncius ad nos accurrit.

Alius quoque multo tempore paralyssi detenus, magna fide aquam eandem hausit, capitiq; eodie melius habere, ita ut se in alium locum transferre potuerit. Item aliis febribus laborans, a nobis remedium petijt. Iussumus signaret se aliquoties signo crucis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Obscurus est ille, & febris recessit. Verum ignorans ille suum liberatorem, ad idolum quoddam configuit, cuius auxilio studuit impetrare, ne recurrerent febres. Sed dum dominum reddit, in paenam impietatis grauiorem, longè acriore febri corruptus es<sup>t</sup>. Quare ut solet vexatio dare intellectum, ad Patrem Balthazarum redijt, veniamque & auxilium in tanto periculo postulauit. Iubetur bis totidem sese crucibus signare: Itaque nihil morbi sensit postea. Ceterum ut populi fidem declarem, & quam de nostris conceperit opinionē, referā quid venatori Regio, q; cū tota familia fide accepit, euenerit.

Signo  
crucis fe-  
bris pels  
litur.

Is cùm falconem amisisset, à Rege in maximo precio habitum, fugissetq; quod propter negligentiam & iacturam sibi à Rege metueret: mater ipsius ad P. Baltazarum accurrit, non sine lachrymis rogans, ut à periculo in quo versaretur, filium liberaret. Suscipit Pater negotiū, & bono animo esse iubet. Altero die dum manè sub dio horas precarias recitat, ecce falco in tectum domus nostræ volatu resedit: vocatoq; homine, falco receptus est, ac miseri illi à metu liberati sunt.

A demonis vexatione si descatholica libertat. Idem vir ancillam quondam demoni familiarem habuit, qui vulpis figura accedens singulis noctibus miseram domo educebat: suscepta fide ab hoc spectro liberata est, ita ut non comparuerit postea.

Id quoque de gentilium religione referā. Afflidunt se Iapanenses gentiles varijs incommode: tempore frigido aqua algidissima (quam etiam arte quadam frigidorem reddunt) se perfundunt: estate vero, feruent, nec buc inducuntur, nisi diabolicis quibusdam suggestionibus, quibus iam à multis faculis misere dementantur. Animum

Poenitentia diabolica.

*mum demissum admodum, ut videtur, gerunt, verum in eiusmodi humilitate animique, abiectione ingetes superbiae moles demon solet erigere.*

*Est & Bonzorum genus simili insaniam correptum: qui ad montem quendam sese similis pœnitentiae agenda gratia conferunt, ubi in Idolio consistentes, 60. dierum spacio non amplius quam octies mäducare dicuntur, idque, tantum quantum vola manus capere licet. Vbi vero hoc pœnitentia temporis exactum est, publicè inuicem produnt suacrimina, accepto datoque iureiurando neminem ea publicaturum.*

*Tantus est hic mancipiorum, & martyrum demonis numerus, ut dici non possit. Est quoddam Idoliū in prealta rupe, ex quo Iapanenses se precipitare solent, quod arbitrarentur fieri non posse, ut non sint sancti qui propter Deos ita sibi vitam abripiant.*

*Aliud est Idolium, ubi se affligunt hoc modo: Erecti consistent, ita ut nemo alterum tangat, bene tamen numerati iubentur accedere: ubi vero pro de monis arbitrio satis pœnarum dedisse vi-*

*F iij dentur,*

Abstinē-  
tia Bon-  
zorum  
incredibi-  
lis.

Cōfessio  
criminū  
Bonzos  
rum.

dentur, iubetur quisque assumptis nummis  
cymba vectus in mare tendere, & ibidem  
personata nauicula, ut saluetur, miserè in-  
terire. Honore dignissimum arbitrantur, si  
quis sibi manus inferat. Quare cum nobi-  
lis quispiam est occidendus, si carnificem  
præueniens, ipse se trucidet, aeternam si-  
bi & posteris parit famam, ac memoriam,  
eoque mirifice passim ob huiusmodi fac-  
nora venerantur. Contra qui carnificem  
expectat, tum ipse, tum posteri ignominia  
notam indelebilem incurront.

Sed accipite aliud insanæ genus quod  
hic tempore P. Francisci contigit. Venit huc  
quidam Maiaco peluum secum ferens, tam  
quam mirabile quid ac sacrosanctum quod  
in ea Maiacensis Rex pedes lauisset.  
Hunc enim Regem sanctitatis nomine ce-  
lebrant. Quare peluum hanc non paucis  
ceremonijs venerati sunt multi, subinde  
capiti eam imponentes, si quid forte san-  
ctitatis cerebro affricaretur. Volens quo-  
que infelix hic Maiacensis Patri Fran-  
cisco gratificari, rogauit, num & ipse ex-  
piti cuperet peluum imponere. Tum ille sub-  
ridens:

*ridens: differ, inquit, aliquantisper.*

Rex hic Maiacensis terram pedibus tangit nunquam: quod si tangat, aëtum de ipsius sanctitate clamant: & dignitate, si videtur, exunt.

Iapania quadriginta sex prouincias habet, Idola 13000. In Regia asila nullum genus Idolorum deest: causam hanc adserunt, quod vigilare Idolorum animas arbitrantur, & Regis curam gerere.

Quod si Regem contingat aduersi aliquid pati, aut egrotare, Idolum illud, cui nocte illa Regis Iapanæ cura commissa erat, verberibus excipiunt, eiectumque è palatio centum dies exulat. Deinde humanitate magna recipiunt, & blanditijs lignum, saxumue demulcent: verentur enim nem tam ignominiosum exilium maneat altamente repostum, contumeliâmque tantam aliquando seuerius vindicet, ac talionem reddat. Tanta sane hominum cœritas hic est, & dementia. Rogate quo frates charissimi DOMINI NVM, ut mittat, qui tanta zizania inimici hominis radicitus extirpet.

F iij Aman-

**Aman-** *Amanucci habitat P. Cosmas Torres  
guccū ha- cum alio quodam fraire. Habet hæc ciuitas  
bet 1500. ville quingentos & amplius Christianos.*  
**Christia-** *Bungum verò ubi P. Balthazar agit, cum  
nos. Bun alio quodam laborum socio, 700. Iamque  
gum ve- aperta via est, ut omnes Christi fidem sus-  
rò 700 cipient. Rex enim impensè fauet, nec mi-  
nus ipsius frater Rex Amanuccensis. Det  
Deus ipsis fidei lumen illustre, quo credant  
nomini sancto eius.*

**Firandū** *Firandum quod Bongo abest octidui, cir-*  
**200. Chri- citer 200. Christianos habet: summè aliquæ**  
**stianos ex nostris desiderant, quem si haberent,**  
**habet.** *proculdubio plurimi Christi fidem ample-  
cteretur. Multos enim 15. dierū spacio, quo  
ibi egit P. Balthazar, baptisme abluit,  
& inter eos quosdam primæ nobilitatis vt-  
ros. Ipse quoq; verbis Dominus multū pro-  
pēdet, quod ex hisce eius verbis satis, dum  
ipsum inuiserem intellecti: Cor ( inquit )  
meum iam quasi Christianum est, faxit  
CHRISTVS ut breui verus sit noſtre  
religionis cultor.*

*Prima ciuitas, ad quam P. Franciscus  
appulit, Cangassima est, ubi Christiani nu-  
mera n-*

merantur ad 500. plures alioqui futuri, si  
operarij suppeterent. Orate Christum domi-  
num, ut vos hoc mittat, nec dubium, quin  
magnum futurum sit vestrum premium,  
& gloria.

Cāgassia  
mæ 500.  
Christians  
ni.

Seruus Inutilis Societatis Iesu  
Petrus.

P. Baltazar Gagus, P. Ignatio Societ. Iesu  
preposito generali. 23. Septemb.

An. 1555.

#### ARGUMENTVM.

**N**arrat Francisci Xauieri mortem, & Ispan-  
nenium mores & vitia, diramque parenta-  
tum in infantes tyrrnidem, præmissa intes-  
tim conuerstendi Gentiles ratione, Tyrano-  
dum describit, & de eius loci præfecto, in-  
colisque Christi fidem amplectentibus quæ-  
dam memorat.



Ppulit in Japanensem Insu-  
lam primum P. Franciscus  
Xavierius, an. 1549. Cumq;  
tertio anno varijs in locis  
Christianam fidem publicas-  
set, diuulgassetq;, & Christianæ religione  
funda-

fundamenta paſſim iecisſet, in Sinarum  
 regnum iam cogitans, P. Coſmam Torres in  
 locum ſuum ſuffecit, adiuncto ei una Ioan-  
 ne Fernandez, nec non 500. Iapanenſibus,  
 quos Christianæ militiae tum adſcripferat.  
 Itaq; Goam reuersus anno 1552. atque ibi  
 conſtitutis ijs, que ad Societatis noſtre, que  
 in India eſt, commodum & fructum per-  
 nere videbantur, ad Sinas perrexit, unaq;  
 p̄cum eo Petrus Alcaſena. Ego vero & E-  
 duardius Sylvius, ubi ad eum Malucca lo-  
 cum peruenimus, in quo arcem habet Rex  
 Lufitani.e, diſtantem ab India 1500. milia-  
 ribus: conſmodum ſe nauis obtulit expedi-  
 ta, & probè inſtructa, in inſulam quandam  
 è regione Sinarum ſitam portubus alioquin  
 & mercatorum frequentia celebrem. Di-  
 stat porro hac inſula à Malucca 1500. mi-  
 liaribus, & 900. à Iapania. Vbi dum in por-  
 tum aduehimur, en oportuni rurſus alte-  
 ram nauim, qui conſenſa, nos in Iapaniam  
 reuentimur. P. Franciſcus vero iter ſuum  
 in Sinas eſt prosecutus. Sed ſtatiſ ipsius  
 Patris pia voluntati nō leuia impedi-  
 ta ſeſe obiecerunt. Lege enim exteri pro-  
 uincia

uincia prohibebantur. Cum itaque tum ipsi, tum Lusitanis nullus aditus daretur, atque ad tempus ingens fidei promouendæ studium, quò minus quod iamdudum diuinitus conceperat, effectum daret, impeditetur: morbo graui corruptus, in eodem quo appulerat portu peregrinationis & ministerij sui, cui pro sua vocatione se totum dederat, finem habuit, & ultimum diem clausit. Sed haec nolo latius, quod omnia R. P. arbitrer satis intellectisse, obiter tantum que de Iapania in mentem venient, perstringam.

Francis-  
cus Xas-  
uer mo-  
ritur.

Populosa imprimis admodum es. Incole candido colore, ac toto corporis habitu, membrorumque proportione optimè constituti: Ciuiiles admodum & ingeniosi.

Quod ad Societatem nostram attinet, duas hic domos habemus; alteram in Amangucco (qua ciuitas ad Septentrionem vergens, in 34. & dimidiatu gradu sita est) ubi P. Cosmas agit, & alter quidam ex nostris: ijsq; duo Iapanes adolescentes cohabitant, concionandi dono insignes:

Horum

2000  
Christū  
amplectū  
tur.

Templū  
Christia-  
nū Ar-  
māgucci.

Pauperes  
diutibus  
ad fidem  
expediti.  
ores.

Horum opera iam duo hominum millia fi-  
dem suscepérunt. Alteram verò in regno  
Bungano, Bongo ciuitate, quæ Amangucco  
35.miliaribus abest. A deo etiam sacra hic  
nobis extructa est, in quadam area, quam  
Rex liberaliter in eum usum contulit.  
Christiani ad 1500. numerantur, qui diebus  
singulis sacro nostro diligenter intersunt,  
aliarumq; nationum ad Christum conuer-  
sarum populos pietate vitaq; integritate  
facile antecellunt: pleriq; tamen pauperes  
sunt, quos hic experimur rerum diuinorum  
magis, quam ceteros esse capaces: Vnde sit  
etia ut sacrosancta mystici corporis sacra-  
menta, quam ceteri diligentius frequētēt.

Primarij & quotquot opulentiores sunt,  
non ita facile ad Christum pauperem sectā-  
dum, eiusq; vitam integerrimam inducun-  
tur, vita voluptatibus iam assuefacti, hor-  
rendisq; vitijs inuoluti, persuasum habentes  
(credo ita cogente demone) fæliciorem  
vitam à præsenti non superesse. Audiunt  
quidem conciones, seseq; melius aliquanto  
gerere cōsuescūt: Ceterum cupiditatibus, ac  
damonis mundiq; vinculis irretiti, suo quo  
antea

antea more pergunt. Prouinciarum tamen Reges & Praetores nobis non obscurè fauēt, eosq; pro consuetudine regionis interdum inuisimus.

Primatū fauor erat  
ga Christianos.

Ratio concionandi superioribus temporebus hæc à nobis habita est. Primum vernacula lingua ex libro ad populum lectum est: nunc festis & dominicus diebus in Evangelio diei exponendo versamur, & quæ sunt ingenij dexteritate, quæ dicimus, haud difficulter capiunt, excipiuntq;, tanquam rationi maximè conformia. Unde etiam sectas omnes, quæ antea in ea regione longe lateq; regnum occupârant falsas esse ipsimet fatentur. Atque in concionibus hisce Ioannes Fernandez, qui linguam Iapanicam exactius quam vernaculam tenet, valet plurimum, concionatorem agit vicarim propè & ostiatim haud indiligentem. Idē tametsi non pari facilitate agit Eduardus. Iapones quoque nonnulli non infelicitate concionantur, tametsi his gentiles, qui aliquo in honore sunt, aut dignitate, non ita multum tribuāt, ut solet, popularibus & votis. Euangelij tamen fructum ex pauperibus

1. ratiocinari  
uertendi  
gentiles,

ribus referunt haud penitendum: hi enim minus fastu prepediti, facilis veritatem à quocunque propositam amplectuntur. Libros duos charactere & sermone vernaculo in conscripsimus, alterum de vita Christi, alterum de rerum omnium principijs. Sed huic labori preferendam longè ducimus viuam vocem, utpote efficaciorem, sicut experimur, ad impellendos animos.

Quare necessarium imprimis esset, adolescentiores è nostra Societate huc mitti insignis spiritu, ac singulari inuandi proximum desiderio preditos. Idioma non ita difficile est, quin ad eius perfectam cognitionem citissime sint perueniuri. Opus certè quod aggressi sumus, grande est, & laboriosum. Inuitatamen magna Dei misericordia, suosq; per morbos, paupertatem, demonum graues vexationes, aliaque discrimina vocat, fidem late diffundit, electos ex perturbationibus eripit, ac solatur, que consolatio diuina omnem humnam voluptatem longè superat. Multo melius hic ageretur cum populo, nisi tanta propemodum omnium esset servitus.

Vulgaris

Viaā vo  
cē libris  
scriptis  
præferen  
dāti.

Vulgus vix quicquam præter indusium suum habet, planeq; pendet à possessionum & agrorum cultu, quos à dominis exco-lendos accipit, & ut ipsorum dominorum, ipse demon maximè dominus est, ita ne-cessum etiam est, ut qui dominis hisce sub-ijciuntur, mores eorum quoque sequantur. Verùm si quando & hos dominus fidei lu-mine, veraque cognitione prauenerit, aut ut verius dicam, cùm veritati desierint impedimentum obiecere, fiet profecto, ut hic multa Christo & pulchra nascatur pro-les, & amœnissima Ecclesia pomeria quam latissimè extendantur.

Præter cetera nefanda vitia, quibus Ia-panes obnoxij sunt, unum id est maximè execrandum, quòd vixdum natos infan-tes interimant parentes, seu rerum ino-pia, qua premuntur, seu educandi diffi-cultate deterriti. Vnde factum est ut Ludouicus Almeida vir Lusitanus, seu ve-rius per eū Deus, ad infantes hos respex-erit. Hic enim multa clarus virtute cùm nos audiret de tanta infantum clade lamē-tantes, eamq; ex paupertate nasci, penuriaq; paren-

Crudelio  
tas nimis  
Japanum  
in infans  
tes.

parentum, statim mille aureos sive ducatos  
in eleemosynas liberaliter contulit. Prae-  
dictum urbis quoq; hac ipsa causa accessimus,  
narrantes quantum boni inde oriretur toti  
prouincia, si infantes illi educaretur: Roga-  
uimusq; ut scelus hoc edicto publico veta-  
ret, addita etiam pœna in tam crudelem  
impostorum infantum internacionem, sicut  
parentum potius parricidia. Si grauarentur  
impēdij aut educatione, ad nos in Nosoco-  
mum, quod tum erigendum erat, natos  
deportarent, bonorum virorum opera &  
**Infantici sumptibus** educandos. Summè placuit Prin-  
dia sub- cipi hoc pacto infantes seruari, & quod ob-  
lata. nixè rogabamus, fieri etiam voluit. Eodem  
die ades nostras, quod alioqui non raro so-  
let, accessit, intellectusq; plane quam non to-  
lerandum esset scelus in recens natos par-  
tus cruentas manus iniūcere, ac vagientes  
etiamdum parvulos trucidare.

Hæc scribere ad R.P.V. volui, ut preci-  
bus vestris ardentissimis tam abominabile  
malum tollatur, Deusq; posthac vestris mi-  
tigatus orationibus Iapanensi populo con-  
cilietur.

EST &

Est & alius locus cuius indigenæ iam quoque cœpere Christiani fieri, urbi Firando nomen est, portu celebri quo concionandi gratia interdum excurrimus, augeturq; quotidie Christianorum numerus. Situs hic portus est circa insula caput, 135. milibus à Bongo, si pedes iter conficias: sin naugio, 270. vergitq; ad meridiem gradu circiter 33. Plurimum hoc Lusitanorum naves appelluntur. Christianos habet circa 500. Prefectus ipse urbis tantum non Christianam fidem amplectitur, nec solum ut id intelligamus, animi sui desiderium declarauit, verum etiam aream in qua Christi crux erigeretur, dedit. Ac iam eam presentibus non paucis Christianis ereximus, & cœmiterium quoque circumduximus. Quare P. Cosmae utile imprimis fore visum est, tum ut Lusitani confiterentur, tum ut Iapanes in Christi doctrina instituerentur, si aliquis eò nostrum sese conferret.

Paulus Iapo concionator insignis, fallacias & errores sectarum optimè refutat & prodit, quibus passim gentiles implicantur.

Finem

*Finem his imponam, sequenti anno latius,  
fauente Deo, scripturus. Ab anno 1549.  
nihil literarum ex Europa receperimus, op-  
por quod nulli huc veniant, nisi ex recta  
navigatione sit deflectendum. Imò annis  
iam tribus nihil etiam ex India audiui-  
mus: & nisi contigisset nuper, nauim Pre-  
toriam in Sinam proficisci, etiam nunc de  
Indis audissemus nihil. Praefecto no-  
men est Eduardus Gamma, vir nobilis &  
bonus, qui nec passus est nostris aliquid de-  
fieri, imò quam satis erat, plus ultrò lar-  
gitus est. Quæ ideo scribo, ut in benefi-  
ctorum nostrorum catalogum referatur, pre-  
cumq; nostrarum unà posthac particeps sit.  
Is in Lusitaniam cogitat, decreuitq; & no-  
bis in posterum confiteri, & ex consilio no-  
stro vitam omnem instituere, ut V.R. pro  
nobis & Iapania oret, etiam atque etiam  
rogamus.*

*Ex Tyrando 9.Cal.Oct.*

*An. 1555.*

*Inutilis seruus,*

*Baltazar Gagus.*

*VIGE*

VIGESIMATERTIA NOVEMB.

Melchior Munestius.

An. 1555.

## ARGUMENTVM.

Hæc epistola sequens dependet à præcedente,  
refert enim infantes à crudeli morte libera-  
tos ( quod in præcedente epistola latius des-  
claratur ) & cum nutribus ad baptismi sa-  
cramentum adductos, ope D. Ludouici Als-  
meidæ Lusitanæ: Eiusdemque pia opera erga  
Societatis fratres, &c.

## PAX CHRISTI.



Altazar & D. Ludouicus  
Almeyda à Bungano rege  
obtinuerunt, ut sibi infantes  
donarentur, una cum nutri-  
cibus, qui parentum crude-  
litate vixdum nati misere trucidabantur.  
De victu recepit Ludouicus ijs se prospe-  
ctum, quæ etiam, quod Bongi remaserit  
causa est: eog, charitatis beneficio prome-  
ruit, ut non solum sibi committerentur in-  
fantes, verum etiam cum infantibus nutri-  
ces ipsæ sacro baptisme abluerentur. Sunt  
extenuiori conditione. Hoc factum plane tur.

Nutrices  
cum in-  
fantibus  
baptismi  
sacra-  
men-  
to ablu-  
tur.

G y diuinum

diuinum plurimum à Iapanensibus cele-  
bratur, incitatq; non parum ad amplecten-  
dam nostram religionem. Ipse etiam L<sup>is</sup>  
douicus quo tenetur desiderio iuuandi Ia-  
panes, cūm me videret diutius herere (na-  
ues enim mihi deerant) quisi more impa-  
tiens, per fidum quendam nūcium 2000.du-  
catorum ad me transmisit, quibus, quod  
supererat itineris, ulterius perficerem.  
Verū voluit Deus tantis opus non esse  
impendijs: soluerunt enim in Iapaniam  
tres naues, & prospera contigit nauigatio.  
Auide is nostrum aduentum expectabat,  
cupiens à me instrui, qua ratione in pos-  
tum vitam suam recte institutam ducere  
posset, ad maiorem Dei gloriam, ac certio-  
rem animæ sua salutem. Det Deus, ut agni-  
tam eius voluntatem exactè perficiamus.

Machnæ qui Sinensis portus est.

9. Calend. Octobi. 1555.

Melchior Nuncius.

EDV AR

EDWARDVS SYLVIVS

Societatis Iesu fratribus suis in India agentibus, & Bongo.

4. Idus Sept.

Ano. 1555.

ARGUMENTVM.

**E**pulum, præmissa concione, pauperibus parant Iapanes, multi indies Christi dogma, etiam Nobiles ex regia aula primarij amplectuntur: qui ipsi alios ad Christum pertrahunt. Item Bonzi duo, & alij magni nominis viri, querū vnum parentes & familiare suos ad Christum quoque sedulo adduxit. Alianci conueruntur: Bonzos, et Rustici, disputatione superant. Ad concionem frequens nobilium concursus. Varia de nostra lege vertuntur Iapanicæ.

Iesus.



V M ex sacre obedientia prescripto mihi incubat, fratres charissimi, res tum nostras, tum Christianorū hic degētium ad vos perscribere: faciam id quidem, & ea quæ nouit, ut forte nunc in mentem venerint, complectar. Decessit hinc Petrus Alcanzena mēse

G iij Septem-

Septembri, Anno 1555. à quo P. Cosmas  
Amanucci mecum degit cum quatuor Chri-  
stianis, Laurentio, qui idioma Iapanense  
probè nouit: Melchiore Iapane, qui more  
nōstro nostra & legit & scribit: Ioanne &  
Francisco Bengualanis, qui res domesticas  
tractant. Bongi relicti sunt Balthazar Ga-  
gus, Ioannes Ferdinandus, Amator, &

**Missa sacrificium** Bartholomeus. **Missa sacrificium** continē-  
& cōcios ter hactenus hic actum est, concio etiā ha-  
nes in Ia- bita, seu lecta potius ad populum Iapanico  
pania. sermonē, auditorio satis frequēti. Christiani

singulis mēsibus cibos pauperibus, premissa  
tamen, quā ipsi met habent, concione mini-  
strat, nec pruici Christianismum amplectū-  
tur quotidie, atque inter eos nobiles non-

Nobiles nulli, & in Regis aula primarij: yō, tanto  
& prima ardore fidei iniia prosequuntur, ut etiam

rij Regis christum quilibet sacra punctioni animum intēdat,

amples & aliis interdum 15. aliis item 20. ad

etuntur. Bōzi duo Euangelium pertrahat: inter alios, Bonzos

conuersi duos Maiacenses (quorū alter egregiū sua

fecta peritus) vitæ Christianorum exem-  
pli ad fidei lumen induxit. Doctior mul-  
tas mouit questiones, totumque animi sui  
sensum

*sensum, quidnam de anima, eiusque crea-  
tione sentiret, aperuit P. Cosmae. Summa  
erat, nullum esse Creatorem. Voluit tamen  
qui ipsum creârat Deus, suam ipsi gratiam  
impartiri, qua reiecto errore, ipsum Crea-  
torem agnosceret. Porro tantum efficacie  
contulit Deus P. Cosmae responsionibus, ut  
in alium prouersus hominem, ab eo qui prius  
fuerat, traduxerit. Cælum à terra tantum  
non distabat, quantum ille à Christiano.*

*Nunc igitur in posterū Christoservire de-  
creuit, ac se rerum diuinarum studio totū  
dedere. Quare reiectus omnibus quibus  
primo impendebat operam, propius ad nos  
habitatum accessit. Charakteres nostros for-  
mare didicit, ita ut scite ad Ioannem Fer-  
dinandum epistolam scripserit. Huius ex-  
emplum mitto. Sperat P. Cosmas utrumque  
fore utilissimum Iapanicæ, ut in hac latius*

*Dei nomen propagetur. Alius quidam Ba- Quinqua  
ptismum suscepit, humanus admodum & genarius  
fama celebris, ingenio & literis præstans:  
qui licet in errore quinquagesimum annū in errore  
excesserit, nunquam tamen aut seculas ul- conflictus  
lam fidè Christia-  
nas sus-  
cepit.*

G iij Paulo

Paulo illi nomen est: ut Christianam fidem amplecteretur, hæc erat occasio. Vxori pri-  
mum eam gratiā dederat Christus, ut per  
nostros commonereretur: quæ viro porro pra-  
dicare, exponere, ac commendare cœpit Chri-  
stianorum doctrinam, Christiq; legem ut  
veriorem, ad eamq; diligentius hortari. Et  
quidem marito quod iamdudum mente con-  
ceperat, persuasit: qui etiam ablatus, iam  
totus est in rebus divinis. Christianas pre-  
ces memoriter didicet, proprio marte sphé-  
rulas sibi precatorias, & crucis effigie scul-  
psit. Quicquid præterea sacra scripture in  
linguam Iapanicam est traductum, trans-  
scripsit, idq; sedulo meditatur. P. Cosmam,  
ut intelligat, sepè accedit, multisq; se qua-  
stionibus exercet. Mirum quantopere hoc  
ipso Christianorū accrescant animi, ac gen-  
tiles ad idem faciendum excitantur.

**Paulus** parentes trem suum quoque non minoris ingenij ad  
suos ad Christum convertit, & multos alios parē-  
tes, affines, & quotquot sibi sanguine vel  
consuetudine iunctos habuit. Ab omni-  
bus ipsius humilitas, animiq; submissio ce-  
lebratur, cum summa alioqui virtute con-  
iuncta.

imeta. Que in Iapanicam linguam traducta erant, omnia transcripsit & in meliorem ordinem redegit, quo quidem rem cum primis utilem suę genti fecit, eaq; hac in re potest dexteritate, ut hinc apud ipsius contribules & amicos sacre scripture non parum commendationis accedat.

Alius item vir nobilis, & Primas annos 80. natus, qui solet antea magnis honoribus, raroq; cultus genere idola venerari (nam ex frequenti idolorum contrectatione manus ipsi iam callos obduxerant, dum illa nunc hic, nunc aliò transfert, sicut atq; refigit, & alijs in sedibus collocat, prout gentilium ferunt ritus & mores) ad Christum conuersus est, inutilemq; istum idolorum cultum ac vanitatem tandem agnoscere, atque damnare coepit. Iamque nihil eque virum angit, ac tata impietatis memoria. Conqueritur identidem, lamentatur, nec aliud ferè verbū facit, quam quod labores suos, ac cœcitatem pristinā deploret. Iam de erigenda in gratiam Christianorum sede sacra cogitat, eorum presertim qui sub se degunt, quo sapè conueniant, ac de re-

Primas  
octuage-  
narius si-  
dem am-  
plectitur.

de rebus diuinis colloquātur, ita que earum commemoratione sese mutuò ad maiora ac perfectiora inflamment, & ea quæ ad salutē pertinent, exactius addiscant. Librū quoque Iapanicè conscriptū de lege Christiana propriæ manu transscrīpsit, nihil omittens, quo subditos suos omni animi contentione ac studio ad Christianam religionem horretur. Filius patrem in Christi fide preuennerat. Res diuinæ recte intelligunt, missæ oblationibus, sacris cōcionibus, & id genus Christianorū exercitijs diligēter intersunt.

**Aliancū  
ciuitas.**

Est oppidum quod Aliancū dicitur, idq; Amangucco 3. miliaribus ab est: In quo 60. ferè fidem suscepereunt. Sed omnes hi rustici sunt, legendi scribendiq; prorsus ignari.

Rustici Christia- ni indo- & ti acu- tius di- sputant eū Bōzo. Magno tamen animi feroce de rebus diuinis agunt, ut alius quisq; ita ut ne docti quidem gentiles in hanc arenā descendere cum ipsis audeant. Sed et Bonzum cōtigit, qui disputando aliquoties molestus erat, magno pudore vietū abire. Itaq; malū hoc quod sep̄ molestum erat, sustulerunt. Sep̄ conueniunt, de rebus Christianis sermones miscent, ut hoc modo inuicem inflammēt, & in

& in legem diuinā excitentur. Eò Laurētius, ex quo tempore frigus sauit acrius, à P. Cosma missus, ipsos animauit, spoliaq; insuper retulit 12. hominum, inter quos & ve-  
tulæ  
tulæ erat aliquot edentula, ob deuexā vide-  
licet etatem, quas tamē nec frigus, nec la-  
bor ab instituto retraxit. Ha breui admo-  
dum spacio Christianas orationes memorie  
mandauerunt, eisque expedite pronunci-  
ant & què atque nos: verūm hoc commune  
est omnium christianorum. Illinc etiam nu-  
per ad nos quidam christianus venit, retu-  
litq; fidelium numerum ad 300. excreuisse,  
studiumq; fidei omnes unum habere, &  
spem optimam in posterum superesse.

Pridie quam Natalis Domini ageretur Nobilitū  
anno 1554. Domus nostra Christianis ad cūcios  
referta fuit, & quidem nobilibus tum viris uem con-  
tum mulieribus. Hora prima noctis post oc-  
casum, cœpimus per vices librū legere lin-  
gua Iapanica, de sex mundi etatibus, ab  
Adamo ad finem mundi conscriptum, in  
quo agebatur de hominis creatione, & sta-  
tu innocentiae, & peccato. Item de orbis to-  
tius inundatione, origine linguarum post  
Nochum

Nochum, Idololatriæ initij, excidio Sodoma, historia Niniuitarum: preterea Iosephi captiuitate, qui Iacobi Patriarchæ filius fuisset: Regis Pharaonis in Israelytas tyrannde, eorumq; duce Moyse, liberatione. Dein de lege diuinitus data in monte Sinai, ingressu Iudeorum in Palestinam re-promissam à Deo: Item de Davide, eiusq; adulterio, & pænitentia. Postremò Elia & Eliseo, Judith, statua Nabuchodonosoris, Danielis quoq; rebus gestis. Atque in hac lectione ad medium noctis perseveratum est, non sine omnium qui aderant, consolacione, & confirmatione. Subsecutum est sacram Musico concentu. Celebravit autem P. Cosmas: quæ res etiam non mediocriter omnium animos recreauit. A Missa sacrificio ad enarrationem sextæ atatis ventum est, quæ Christi aduentum continet, salutemq; nostram: Adeoq; hic erecti omnium mentes sunt, ut non minimam occasionem ipsorum constantia, letitia, & gaudium in-  
Prädium tuentibus dederit diuinam extollendi be-  
pauperi- ngnitatem. His ita peractis, apud nos pran-  
bus ero. gatum. si sunt pauperibus tum & postridie epulum  
datum

datum est, sēque hoc die natalis dominici,  
sic Christo totos impenderunt.

Quadragesima verò tempore magna  
confitentium tum multitudofuit, tum re-  
ligio, qui & ieiunio & abstinentia totam  
Quadragesimam peregerunt. Potissimum  
verò omnium ardor & studium emicuit  
illa sacra hebdomada, cùm Christi agonie  
memoria celebratur. Multi domum no-  
stram accesserunt, tum ut cibum apud nos  
sumerent (id enim religiosius arbitraban-  
tur) tum ut noctem integrā, quod &  
fecerunt non sine eximio fructu, pīs col-  
loquijs darent. Ipso sacro Passionis die san-  
cta Crucis officio omnes interfuerē. Passio  
Domini vulgato idiomate prelecta est.

Pascha simili studio celebratum est. A-  
liquot sacro fonti admoti: quod supererat  
temporis ad secundam post occasum horam  
concionibus impensum.

tempus  
quid illa  
ritus

Officium  
S. Crucis  
celebra-  
tur.  
intendit  
da exhibet  
ritus

¶ Alia quedam desumpta ex  
epistola P. Cosmæ

Torres.

MODO

10. aut  
12. quoti  
die bap-  
tizatur:

**M**odo diebus singulis 10. aut 12. passim peres ad baptismum confluunt, quorum votis non annuimus prius, quam nobis de constantia eorum, & sincereitate constet, & que ad rem tantam requiritur, intelligatur ad quod Dei operem implorare discunt: orationes addiscunt, & recitant: Deoq[ue] de beneficio prestito maximas gratias agunt, ad cœciones quotidie veniunt, monentur ut infirmitatum & paupertatis onus fortiter Christi nomine ferat. Eleemosynas ipsis largitur, ac læti domum remeant: videntur omnes breui Christiani futuri.

Ex alijs in  
Octoib[us]  
Scriptis.

Plurimi  
indies ab  
luuntur.

**S**VNT quotidie qui fidè amplectantur, plurimi tamen pauperes, quos hac non parum excitat diuitum charitatem, magnaq[ue] in eos beneficia, qui dum ad templum, ut sacris missæ intersint, veniunt, ex ordine sedētibus eleemosynas largiuntur, solanturq[ue], quo sit ut de accepta Christi fidei summopere sibi gratulētur. Nec minus diuites, animaduerso nostre Ecclesiastice hierarchiæ ordine, & Deum qui tantum sibi quoq[ue] veritatis lumine impertivit extollūt, et pristinam vitam detestantur.

EX L 1.

## EX LITERIS LVDOVICI

Froisij Malaccæ scriptis, ad fratres suos, Goæ agentes

7. Ianuarij.

Anno. 1556.

## ARGUMENTVM.

**R**efert quomodo non sine Dei gratia modo aperta sit via ad Sinarū cōuercionem, apud quos lege latum erat, ne quis sub poena capitis, aut perpetuæ seruitutis, aut carceris horum fines exterius ingredeleretur: offeruntur 500. ducati pro liberatioē vnius nobilis Lusitanii capti. Opiniones ipsorum de creatione mundi, & aia, mores narrantur: disputatio cum Cazico Chinensi. Inuitat fratres suos, ut in Chinam properent. Conuestuntur Primarij Iapaniæ gubernatores: item duo Bonzi præstantissimi, per quos Deus mirabilia operatur. Lusitanus quidā omnes suas opes laborēsque pauperibus, & nosocomio impensis, Societati se addicit.

Gratia & amor eternus IESV Christi  
Domini nostri in nobis desiderium accendat imitandise.

A M E N.

FIDETE



Idete charissimi fratres, quod  
continentes vestri gemitus,  
suspiria, lachrymaeque exalt-  
diatur. Deus enim modo ini-  
tium conuersationis gentilium  
dedit, ac velut ostium ad Sinas patefecit, tam  
quam à vobis tempore desideratum: Iam So-  
cetas nostra nouella planta radices aget,  
diffusaque longè lateque vasto illi regno Chri-  
stianam religionem inducit: si quid Christo  
confidimus.

Scripsi nuper Melchiori Nunezium eò  
triremi Francisci Tuscani peruenisse: dein  
ex ijs qui nuper huc ex Sina nave appule-  
rant, accepimus ut noua, ita letissima op-  
tatisimaque. Omnes Lusitanorum names que  
in Sina sunt, ad insulam, cui Campachao  
nomen, ubi mercatores suas negotiationes  
solent exercere, conuenerunt, & habitatio-  
nes quasdam erexerunt nostri in eodem lo-  
co, quod templi vicem supplicat: ubi quoti-  
die sacrū peractum est, & multorum con-  
fessiones exceptae: Siquidem eò iam con-  
fluxerant Lusitani circiter 400. pueris quoq;  
doctrina Christiana explicata esse. P. Mel-  
chior  
ETRDI.

ehior quādiū hīc egit, ad D. Egidij Goes tremem se recepit: Gaspar Vilella cum Stephano nostro ad Frācisci Tusci. Editus vero, & Antonius Diaz in naui Antonij Perera hospitatus fuit. Ferdinandus Medesius, Antonius Paez, & alij fratres apud templum, ut praesto essent qui sacerdotes iā celebraturos iuuaret. Locus ipse, Melchiorem de B. Francisco Xauierio admonuit, quātos ille labores periulerit, dum in tam populosam ciuitatem Cantaon adiutum sibi pararet: quō tamē non peruenit: ad Insulam enim quæ Sanchoam dicitur, decessit, sanctissimo desiderio, quod, ut res clamat, iam à Deo obtinuisse credi potest, ut Lusitanis, & nostra Societati ad Sinas aditus pateat. Inter Chinenses enim & Lusitanos certus legibus cōuenit, ut iam tuò liceat accedere. Quam oportunitatem nactus P. Melchior, cū Ludouico Almeida nauis p̄fecto, Sinis non ignoto, vna in urbem se contulit, secumq; duxit Stephanum Goes, eo animo, ut ipsum ibi relinquit, si quæ fortè spes fructus euangelij effulgeat, tum ut linguam addiscat.

H Hæserunt

Hæserunt ibi ad mensem, ut si capaces es-  
sent Christianæ doctrinæ, viderent & per-  
lustrarent obiter politiem orbis, & mores.  
Sane perlustrarunt quadam, que nostræ  
orbis homines admirantur. P. Mel-  
chior & Ludouicus Almeida, venia præ-  
fetti Cantaonensis, adierunt Mattheum  
Britium nobilem Lusitanum, qui cum duo-  
bus alijs in carcere multis ferris et cathenæ  
onustus, manicis & pedicis constrictus,  
ac tantum non confectus iacebat. E collo  
tabella pendebat ad pectus demissa, quod  
sententia ferenda necisque signum erat.  
Hi viso P. Melchiore, præ latitia, lachry-  
mas non continuerunt: ille plurimum il-  
los consolatus est, pondereque ferri non sub-  
leuauit tantum: verum etiam à Prorege  
multis precibus obtinuit, ut ad domum  
quandam mercatoris, apud quem hi no-  
stri fratres hospitabantur, ire licuerit.  
Mirum, quam Sinenses sint peruvicaces, &  
**Sinarum** in suis peccatis obstinati, nec peccatis, sed  
mores. abominationibus imbuti peccatorum.  
Mundi creationem non norunt, cœli, ter-  
raque aeternitatem imaginantur, ad Epicw  
teos

reos planè propendent, ventrem pro Deo  
colunt. Breuiter summam fælicitatem sen-  
suum voluptatibus metiuntur: hominem  
nihil aliud esse quam viuere, & mori  
credūt, nihil porrò superesse putant à rogo:  
ut patrem usuras colunt libidines ut ma- Sine Ep̄i  
curei,  
trem: nihil gulæ reliquum faciunt, sep-  
ties cibum sumunt in dies singulos, aut  
verius comeduntur: quò sit, ut sint ad om-  
ne genus victorum magis proclives. Retu-  
lit hec nobis vir quidam probus, qui cum  
ipsis aliquamdiu familiariter egit.

In ambulans P. Melchior per ciuita-  
tem, venit ad quoddam templum sum-  
ptuosum admodum, sacerdotemq; allocutus  
est, si veri Dei forte notitiam admitteret.  
Res ad disputationem venit: nec ille quod  
diceret habuit. Tantum hoc dixit: sui of-  
ficij esse, in hoc templo pro mortuis ora-  
re, nec aliud scire: rogare autem, ut se  
fineret. Finito igitur mense, rediit P. Mel-  
chior ad naues, ut suas viseret, ac missæ  
sacrificium offerret, Dei misericordiam im-  
plorans, ut horum gentilium mentes demū  
vellet illustrare, qui tantis tenebris obruti,

Hij in certo

Sine max  
ime gulo  
si.  
Septies  
vna die  
comedūt

Gazicorū  
ignoranc  
tia.

in certo salutis discrimine & umbra mortis versarentur: Inuocatoq; diuino auxilio  
 Cantāon rursum abiit, ibi q; uno & amplius mēse habet: 5500. ducatos pro Matthaei  
 5500. pro Brity redemptione obtulit: verū Prorex  
 vnius re: deptione redimi posse negauit, ni prius de Regis sen-  
 oblati. tentia compertum haberet. Interea mouit  
 Disputa- Deus Cazicum quendam literatum, &  
 tio publi. ca cū Ca magnae apud suos authoritatis, ad publicè  
 zico insti cum Melchiore in maxima Sinensium cō-  
 tuitur. gregatione disputandum. Conuenere igitur  
 Literati circiter 300 Sinenses, inter quos multi lite-  
 Iapanes. rati erant iudices futuri disputationis: cœpta  
 est disceptatio cum magno circumstantium  
 applausu, & expectatione, ob mirabilia &  
 Deum ig inaudita eis habentus, quæ de Deo propo-  
 norant. nebantur, rerumq; quæ videntur, aut sub-  
 jecte sensu non sunt creatione, cuiusmodi  
 dissertatione nunquam antea inciderat. Ceterum sacerdotis gentilis Sinensis eloquen-  
 tia, ipso statim disputationum initio, cum  
 Cazicus iam ad respondendum se compararet, defe-  
 cum pu- cit: ac in tantum ruborem actus est, vt  
 dore vin- cum non videret quò se verteret, ratus (id  
 citur. quod erat) consultius ac tutius, si finem di-  
 sputat.

putationis non expectaret, ne semel quod reliquum habebat authoritatis, amitteret: magno furore in Patris Melchioris faciem expuit: tergoq; verso, diabolus, inquit, huc alterum diabolum huc adduxit, ut mecum disputaret. Sirenes eo viso, suū Cazicum multis cachinnis & schommatibus exceperunt: ac Dei eterni notitia Sinis magis innotescere cœpit: & quāvis hac peregrina ipsis visa sint, spero tamen fore, ut hac in ipsis maiis desiderium pariant, & ad plura de suo Creatore audiendum excitentur.

Quamuis autem P. Melchior non fuerit ad hos missus, sed ad eas quæ perierunt in Iapania oues, commodū tamen visum est & hic salutis authorem omnino non tacerre. Venietis igitur vos fratres, & arentem hanc vineam rigabitis: Dominus incremētum addet, ut longè lateq; sacrosanctū ipsius nomen diffundatur, honoretur, adoretur. Nec mireris primo congressu nullos conuersos esse: Nam ut que facile ignem concipiunt, veluti paleæ, facile etiam extinguiuntur, flammag; vixdum excitata emoritur: ita de hominibus est indicandum.

Adhortatio ad fratres vt ad Siven sem vienā proponant.

H ij Quo-

Quomodo inuocabūt Deū, in quē nō crediderūt: quomodo credent, si nō audierūt: quomodo audiēt, nisi mittamini, eosq; de sua salute cōparāda plenius instruatis: salutis verbum annuncietis? En tempus quo nihil vobis esse debet optatius: En quæ porta hactenus claudebantur, patent: sublatum est quicquid intrantibus impedimentum videbatur obijcere: & quamvis inueterata cōsuetudo morum, difficultatem magnam ingerat animo, Charitæs domini qui Iapanum arrogantium contudit, & immaculato Christi inge subdidit: idem conficiet, ut qui natura minus sunt indomiti, minori negocio cicurentur. Multa alia retulit, que omnia P. Melchiorem per fratrem nostrum Antonium Paez transcripturum puto.

Quum iam tempus oportunum penī effluxisset, quo Maluccam nauigari solet, rediit P. Melchior ad naues Indicas missio P. Gasparo Vilella ex China in Iapaniam. Interea Deo ita disponente Eduardus Gama ex Iapania hic appulit: meliora quam sperari hactenus potuerunt, nunciat. Magnus n. fit populi concursus ad aedes nostras

Ad Iapa-  
nes trans-  
fit.

nostras ex omnibus ferè Iapaniae partibus,  
ut Dei benignitate Christi sacris initietur.  
Referunt etiam Lusitani, qui vñā cum  
Gamma appulere, Primarium Amangucci  
gubernatorem hominem grandeū (Char-  
tondo ei nomen) cum duobus filijs Christia-  
nis se adiunxit: potest is vel unico impe-  
rio (tam est potens) decem armatorum ho-  
minum millia in procinctu exhibere. Hic  
statim post acceptū baptisma, positis geni-  
bus, manibus oculisq; in cælū sublatis, Deū  
rogauit, quia iam ea etate ad ipsius cogni-  
tionē peruenire contigisset, tantā fælicitatē  
adipisci, etiam ex hoc mūdo ad se vinculis  
mortalitatis solntis venire concederet. Ve-  
rū ad maius Ecclesiae bonū piam hāc viri  
petitionē dilatam speramus: ab! atā non esse  
propemodū constat. Alius itē primus 300.  
cliētibus, & alio claro admodū principe fidē  
suscepit. Deus per ipsum breui temporis spa-  
cio res magnas confecit. Magnū facit rerū  
apparatum ad animarum conuersionē, idq;  
vero fidei spiritu: tanta vero Dei ognitione  
illustratur, et feruore charitatis, ut cōtineri  
nō possit, quin p̄ uniuersā Iapaniā et remo-

Multi la-  
panes  
Christia-  
ni sunt  
Primaris  
us prin-  
ceps bap-  
tilatur.

Conuersi  
principis  
pietas.

Ali⁹ pri-  
ceps fidei  
lumē as-  
picit.

H iij tissima

Principis *tissima regna*, qui Euangeliū regni aeterni,  
ad Euah gelizan mundiq; redēptionem annūciant, mit-  
dū deside tat: contenditq; à patribus id obtinere, ut  
rūm.

suo calculo hoc desiderium confirmant tam-  
etsi huius frater, quo nihil nequius habet  
Iapania, cūm minimum putat se videri,  
persequatur nos, & saxis impetat: adeo ve-  
rum est, uno reiecto alterum assumi.

Huc præterea rumor ex China adfertur  
admiranda stupendaque Deum confidere  
opera per suos electos, & ut olim in primi-  
tua Ecclesia, ita modo multa fieri miracu-  
la ad fidei confirmationem, & eorum qui  
Christum sunt amplexi, constantiam: cœcis-  
visum restitui, claudis gressum, infirmi-  
tes manuum tantum impositione curari.

Miracula

Disputa-  
rio 2. B. 5.  
zorum.

Duo Bonzi siue sacerdotes Iapanes, viri  
admodum honorati, & inter doctos qui  
Maiaci erant, doctissimi: confecto hoc lon-  
gissimo itinere, Bungum venerunt ad di-  
sputandum cum Baltasaro Gago, exciti viri  
fama, quæ latè circumquag, regiones per-  
uadebat. Iamq; rumores de lege creatoris  
passim spargebantur.

Alter eorum, subtili acutoq; erat inge-  
nio

nio præditus, & mediocriter in rerum naturalium cognitione, siue naturali Philosophia versatus: hic interdum res tam sublimes speculabatur, rimabaturq; & proponebat, tantoq; animi vigore, ut in admiratio-  
nē raperet Baltazarem hominis ingeniu, cui & Socio post longas difficultesque disputationes, tantum luminis diuini infudit Deus, ac notitiae, ut Christi filij ipsius legem amplecterentur.

Quoniam verò Baltazar aliquando in-  
ter disputandum allegabat loca S. Pauli, ro-  
gabat doctior iste, quid hominis fuisset hic  
Paulus: sicut is, inquit Baltazar, aliquando  
magnus Ecclesia nascentis persecutor, &  
hostis capitalis, dein vas electionis factus  
Dei bonitate, Euangelium ipsius per uni-  
uersum penè mundum diuulgans, pro  
Christi nomine infinitos labores exantla-  
uit: deniq; ut & ad multas virtutes mar-  
tyrij palmarum adjiceret.

His auditis, respondit felix ille Bonzus: Bonzo-  
quoniam S. Paulum (inquit) secutus sum, na nomi-  
& ipsius errores & peccata in Deum quo-  
dammodo expressi, prius quam cōuerterer:  
na cur  
Paulus &  
Barnabas

Rogo

Rogo mihi Pauli nomen imponatur, ut  
ipsius quoque facta preclara, quæ postea A-  
postolus fecit, proponam imitanda. Alter,  
**Barnabas** quòd Pauli socius fuisset D. Barnabas, hu-  
ius sibi assumpit nomen, vitéque exem-  
**Eoru vir-  
tutes.** plū delegit. Habentur ambo à suis velut  
columnæ quadam nascentis Ecclesiae, eám-  
que habent nominis famam, ob ea quæ ho-  
rum ministerio Deus operatur: ut nullo  
modo si velim referre, memoria patiatur.  
Omnia ab eo viro qui Goam pergit, à quo  
hec accepi, latius intelligere poteritis: nec  
enim scribere temporis angustia permittit.

**Pauli mo-  
res sancti** Addam tantum Paulum hunc Dei vir-  
tute ex ijs unum esse, per quos Deus ea fa-  
cit in Iapania, quæ in omnium sunt admi-  
ratione: & ut referunt, maiora quam  
vllus hac tenus ex hac gente Christianus:  
quotidie ieiunat, nocte locopuluinarii saxo  
vtitur, media nocte ad meditandum sur-  
git, idque continenter, meditatione mul-  
tum temporis studiisque impendit, varijs  
exquisitiisque afflictionibus sese exercet,  
semper euangelizandi causa ab una ciui-  
tate in aliam migrat, miraculus claret, mul-  
tos ad

tos ad Christum pertrahit, statis temporibus ad Baltazarem confitendi causa redit, dein ad suas conciones reuertitur: plura referre de hoc viro nec ocy est, nec ingenij. Deus sua infinita clemētia hos famulos suos in suis sacrosanctis ministerijs confirmet.

Sunda in Sinam venere triremi Iacobii Perera octo Japanes, quos cūm vidisset Ioachimus Japanensis arte faber, statim ijs ut popularibus, Christum prædicare cœpit, qui & sacrī vndis abluti sunt: multa de hoc fabro, si tempus suppeteret, scribenda forent. Tantum hoc scribo, si per indoctos hæc agit Dominus, quid per magnos viros, prouectos tum in pietate, tum in eruditione, multumque amore diuino accensos, facturum putatis?

Quamvis autem Japanes artem medicam præ reliquis iactitant, Chirurgiae tamen sunt ignari: cūmque Patres nostri ob id pauperes Christianos grauissima pati incommoda cernerent, nec esset qui iuuaret, Deus qui sua misericordia & prouidentia nos mirabiliter gubernat, & protegit, Iuuenem quendam excitauit. Hic triremi Eduardi

Sunda.

Fabri Ia-  
panensis  
in cōuer-  
tendis gē-  
litibus  
studium.

Iapanes  
Chirur-  
gia igna-  
ris.

D. Iudoui Eduardi Gamme uehebatur , nec in Chiti-  
 ci Alm. eleemosyria nec lingua latina male versatus ( Lus-  
 fi. & sū = douico Almeida nomen est ) qui ducatorum  
 mapietas quinque millia apud se habebat . Hic igitur  
 videns tot pauperes Christianos penuria ac  
 morbo grauari ( non dubium quin singulari-  
 Dei consilio ad commiserationem commo-  
 tus ) in eorum gratiam Bungi hærere vo-  
 luit : Nosocomium excitat suis impensis:  
 pauperes colligit , et summa charitate fouet.  
 Aliam præterea domum extruxit , in qua  
 ali infantes voluit , qui à parentibus summa  
 crudelitate trucidabantur . Mos . n . crude-  
 lisimus inoleuit ut honorati Iapanes , pau-  
 peres tamen , opera obstetricum , & earum  
 que parturientibus adsunt , statim natos in-  
 fantes pede collo impresso occidunt : dicen-  
 tes , pauperibus non esse opus vita , quam in  
 miserys traducant . Horum igitur miser-  
 tus D. Ludouicus , huc curat adferri , baptizari ,  
 educari , & Christianis moribus insti-  
 tui . Rarum exemplum prebet omnibus tam  
 Christianis quam gentilibus : necdum ta-  
 men in societatem admissus , sed sua volu-  
 tate et pietate hac pia opera exercet . Rogate  
 Patres

Patres & fratres charissimi Deum, ut illius beneficio gratiaq; perseveret, laborumq; suorum fructu perpetuo in posterum fruatur.

Nouis hisce rebus excitatus Franciscus Tuscanus, sua triremi, qua nulla maior est in his partibus, in Iapaniam contèdit, cum aliquot fratribus nostris. P. Melchior cum alijs, nauem Iacobi Vazei Taraconensis, qui sepius hoc iter consecit, concendit. Videte fratres quanta messis prouenerit tam paucorum labore & opera: quid futurum existimatis, si multi praclaris virtutibus ornati huc accurrerent. Ferunt tam multos modò ad nostros Patres baptismi gratia cōfluere, ut etiam à quinquagesimo, 100. 200. miliari accedant: idq; cum filijs, uxoribus, uniuersa denique familia. Similatque Eduardus Gamma nūciauit in Iapania P. M. Melchiorem, cū multis Malaccæ opportunitatem in Iapaniam nauigādi expectare, ac legatione ad Regem fungi, multa cōsolatione perfusi sunt fratres: qui iam 4. & eo amplius annis, nihil de Societate nostra audiuerant. Lætitia hæc se quoque ad nouos Christianos exiēdit, imo et ad ipsum Regem,

Multos  
rum ad  
Christia  
nismū cō  
cursus.

Regē, licet gentiles, quōd datis ad P. Melchiorē literis quidam significauit, rogans ut acceleret se simulac venisset, Christi doctrinam amplexurum. Me, & rem omnē sanctis Patrum sacrificijs, fratrum meditationibus, & puerorum orationibus ex animo commendō.

Ex Collegio Malaccensi 7. Ianu. 1556.

Seruus inutilis.

Lodouicus Froys.

### REX FIRANDI.

Reuerendo Patri M. Melchiori.

R Euerēde Pater, P. M. Franciscus vñnit ad hāc meā urbē, & aliquot baptizauit, quod mihi gratissimū fuit, & omnifauore studioq; sum prosecutus: nec permisi, ut quis ei esset molestus. Praterea his ad me venit P. ille, qui Bongi agit, & nōnullos parentum m̄corum, multosque alios nobiles ad Christi fidem adduxit. Ego ipse aliquoties eum docentem audiui: Placuit valde viri doctrina, vt & ea quæ populo edisserebat: adeo ut etiamnū illa qua tum disse-

differuit, in pectore geram, nec à Christiana fide suscipienda sim alienus. Gratissimum esset si V.R. huc se conferret, quan-  
uis defuerim semel, secundo tamen non  
siet, & te omni fauore & honore, quātum  
in me erit, iuuabo: spero id ad Dei obse-  
quium fore.

Firandi 16. Octob.

An. 1555.

**T**EX ALIA EDVARDI  
Syluij, Bongi 10. Septemb.  
scripta.

Anno. 1555.

ARGUMENTVM.

Bonzi duo qui ad venerationē SS. Apostolorum Pauli & Barnabæ, eorum sibi nomina imponi cupierant, rarissimis virtutibus frumentum faciunt. Pia pōpa funebris famuli Regij multos ad fidem inclinat. Templum, & domus Societatis extruitur, pauperum item eleemosynæ auctæ. Rex Patres Societatis à persecutione liberat: liber de rebus fidei Regi datur, cū applausu legitur, & ab eo consignatur: magnorum virorum conuersio: & in libris in suum idioma conuertendis, & alijs ad Christum adducendis opera. Firandini Christum amplectuntur.

MERITO



ERITO maximas Deo  
gratias agere debemus, de  
tato religionis ac virtutum,  
quem Bonzi illi Menenses  
super conuersi Paulus &  
Barnabas capiunt, fructu. Pudet me mei,  
cum viros istos intueor, qui eò venerint hu  
militatis, ut mulio etiā perfectiores à ter  
go relinquant. Addat Deus tantis virtu  
tibus constantiam. Iuuimus iam eos in  
extruenda domo, in qua labore manuum  
victum parant, nec induci possunt, ut  
quicquam vel à nobis, vel ab alijs acci  
piant: aliud nihil mente (ut quidem vide  
tur) agitantes, quam quò virtutes quam  
accumulatissimas habeant.

Pridie Cosme & Damiani, Ambrosius  
famulus Regius è viuis excessit. Ego &  
Melchior, superpelliceis albis induti, praecū  
te (ut nostratis moris est) vexillo crucis

Pompa cum 200 Christianis ad domum funebrem  
funebris per medium fere urbem Amanguensem  
Christia (nam in extrema urbe sita erat) concessi  
mus. Cadauer feretro impositum, ac sublime  
latum cum multo cercorum lumine, ita ut  
media

media nocte clara dies eluxisse videretur,  
sepulchro intulimus: Idq; solennitate quan-  
ta potuimus maxima. Qua ex re, non ijs  
solum, qui sanguine ipsum ac cognatione  
proxime contingebant, verum etiam urbi  
ferè totæ maximum fidei Christianæ desi-  
derium iniectū est. Utinam tantum ne de-  
essent idonei concionatores. Vxor ipsius per  
dies 4 pauperes pauit, non nihil quoq; ad e-  
rigendam pauperibus domum elargita est.  
Datus etiā fundus est in hunc usum à quo-  
dam homine opulento. Magna sane est  
Amanguccensium in pauperes largitas:  
nam cum antea mense semel tantum so-  
lent pauperibus erogare, modò ter, quaterue  
id faciunt. Insuper pauperibus domum huic  
nostræ similem adificant, orizam reponunt,  
nostris quoque nouas ades extruunt, nam  
vetustæ ruinam minantur. Templum iam  
erectum est, in eoq; sacra facta, & concio-  
nes habita de novo & viuo templi adifi-  
cio. Paulus, Barnaba comite, dum istuc  
iter faceret, ibi magno omnibus exemplo  
fuit.

Pompæ  
fructus.

Elemosū

n. f.  
Domus  
pauperūPenū pau-  
perum.Tēplicōs  
strūctio.Persecus  
tio.

I impe-

Cōfūtā  
neophy-  
torum.

Vincūrur  
Bonzi.

impetebamur aliquot dies: In vulgo enim sparsum erat, nos carne humana vesci. Ceterum Rex misso satellite furorem omnem compressit. Fuit hoc Christianorum fidei probatio non leuis, eorumq; constantia per hoc omnibus innotuit. Excubias suas agebant noctu, de die nostras ades tutabantur. De concionibus nihil intermissum est in gratiam Christianorum, neque de disputacionibus contra Bonzos donec victi, fatigatiq; discederent. Tandem contendebant a nobis, ut populo persuaderemus Iapanicam sectam à nostra lege nihil diuersam esse. Itaque necessum erat lucem à tenebris discernere, lucem vocare diem, tenebras vero noctem: & inter mendacium, & ipsissimam veritatem discriminem ostendere. Iapanum sectas mendacijs niti, Christianam vero religionem viam veritatis esse. Hac ita sese habere, dedimus omnem operam, ut omni etati sexuiq; persuasum esset, nihilq; agimus aliud, quam ut hoc ipsum capiant & intelligent, nec fallimur conatus. Librum Baltazar Gagus conscripsit, Regia dedicauit, qui ipsum coram tum Conciarijs,

siliaris, tum regni primoribus totum legendum curauit. Magnoq; applausu omnium excipitur, legitur & teritur, nec ullam legem esse quæ cum nostra conferri possit, tentur. Ipse Rex antigraphum subdidit, remisitq; retento tamen sibi exemplari, ut ij qui regno passim præsunt, videant, & agnoscant ipsius legis, quam Patres spirituales Christianorum docent, veritatem, ac favore iuuent. Ipse facti sui rationem Patri significauit. Posthac paulum à tumultu quietimus.

Liber Re  
gidicatus  
& ab eo  
signatus,

Vix unquam est, quin aliqui Christifi- Magni  
dem suscipiant, inter quos etiam quadrage- viri con-  
narius quidam fuit, vir ingeniosus, & elo- uerbie,

quens, in lege Genxi apprimè versatus, quæ cæteris etiam auctoritate prestat, tametsi à rogo hominis quicquam superesse neget.

Paulo ipsi inditum nomen. Hic deprehenso errore suo, tanta cū perspicuitate fidei lumē agnoscit, ut nihil supra. Nūquam non sectæ suæ errores, inculcat, & præstantiam legis Christianæ extollit. Ante quā se Deo cose- craret, à dæmonib; adeo exagitabatur, ut in morbū incideret. Abiecta vero omni hasita

I ij tione,

tione, ubi veritatem amplexus est, ubertim  
gustare cœpit manna absconditum: ut ipsius  
ministerio iam Deus vitatur in vertendis  
ijs, quæ ad propagationem fidei imprimis  
videntur necessaria: tum in conuentendis  
etiam contribulibus, ijsq; qui conuersi sunt  
confirmandis. Siq; idem illos initio pressit  
non minima persecutio. Nuper una cū P.  
Baltazaro huc profectus est ad sex miliaria,  
emolumenūq; haud pñnitendum è populo  
**Firandū.** Christianæ rei attulit. Modò vero Firandū,  
quod octo dierū iter hinc abest, se contulit,  
ut etiam Christianis ibi degentibus, dum  
eo in loco agit Gagus noster, opē aliquā se-  
rat. Vxor quoq; ipsius cùm filijs baptizata,  
religiose admodum viuit, & iam intelligo  
non mediocrem fructum Firandi sieri.

**Contem.** Bonzus quidam admodum suæ sectæ peri-  
**platius** platiunt, ex meditantium seu contemplantium  
**Guerlus** genere, qui nobis sunt infensissimi hostes,  
tanto fidei lumine à Deo præuentus est, ut  
iam Christum sapiat magno cū animi sui  
gaudio, & sectæ suæ errorem, luce (quod  
aiunt) clarius perspiciat. Perpetuò aliquid  
querit & inquirit, quod ad salutem suam  
spectare

Spec̄tare putet, ac legi nostra planè acquiescit: Christianos etiam iuuat. Librum quēdam transscripsit, ex varijs concionibus collectum, ut ex eo ad manum sit, quod popularibus suis, si quando in patriā redierit, proponat. Sita non procul est à Meaco hec Academia, omnium sectarum altrice, & matre. Respiciat eum, ac prouchat ipsius bonam voluntatē Dominus. Magna sanè videtur promittere. Siquidē vir simplex es, & candidus, nec minus beneficiorum membrorum, tam diuinorum, quam quae ab hominibus unquam accepit. Pro nobis continentier orat, alijsq; qui tum, ut ad nos primum venerit, in causa fuerunt, tum in lege nostra propaganda occupantur.

Anno 54 prope Bongum, vir quidam nobilis & ciuitatis cuiusdam dominus baptismi recipiendi gratia, Balthazarum ad se euocauit baptismiq; gratiam cum tota familia, ac ciuib; aliquot est consecutus: hoc porro hortante, ciuitas tota paulatim Christum amplectitur. Ipse quoque cum filijs subditos orationes Christianas docet.

Hoc eodem anno quidā Antonius Neo-

I ij christia-

Ipsius in  
alij iuuā  
di studiū,

Vir  
nobilis  
cum tota  
tere vib  
conuers  
sus.

christianus Cutami se cōtulit, 30. miliaribus  
hinc dissitum: ubi in virum quendam in-  
cidit, cuius gulam ita dāmon ad dies 70.  
strinxerat, ut tantum non suffocaret: nihil  
enim cibi nec potus traycere in stoma-  
chū poserat. Ille hominis casum miseratus,  
memorque diuinæ misericordiæ, qua latro-  
nē pœnitentē rogantē q̄ veniam à peccatis

Aqua cru-  
cis Signo  
& oratio  
ne sacra-  
ta arrepti-  
tum fa-  
nat.

crucis in Christi nomine signauit, addita  
oratione Dominica. Deinde arreptitum  
ad anteaclæ vita scelera detestanda, Chri-  
stique fidem ac veri Creatoris Saluatorisq;  
notitiam adhortatus: cūm ille credere se di-  
ceret, aquam expotandam dedit, qua sine  
difficultate hausta, orizam addidit. Ille ani-  
mo tum deinceps ad baptismū suscipiendum  
primo quoq; tēpore prorsus inflammatus est,  
idq; opere etiā compleuit, abiectis idolis, &  
orationes Christianas edocitus: verū non  
multo pōst vitam cum morte commutauit.

Vir nobi-  
lis cū. 159  
Baptisa-  
tur.

Alium quoque quinquagenarum no-  
bilitate, & familia non postremum conuer-  
tit: cui in baptisme Luæ nomen est indi-  
tum. Itaq; hic una uxorem & multos ad  
fidem

fidem pertraxit. Multis precibus contendit  
anno 55. à Baltazaro nostro, ut ad se veni-  
ret: Accessit cum Ioanne Ferdinando, Pau-  
lo, & Antonio: qui dū ibi hārēt ad 8. aut 10.  
dies, tantis inuoluti sunt occupationibus, tū  
die, tum noctu: Ille quidem concionibus, hic  
docēdis orationibus: ille baptizandis ijs qui  
vndiq, concurrerūt. Fuerūt autem 160. qui  
tunc Christi fidem, suscepto baptismate,  
sunt amplexi: ex sola Lucae familia 60. et in-  
ter eos uxor et filij, quibus nihil Christiani?

Dominus quoq, ciuitatus nomine Gut-  
midono, unus ex tribus principiis regni Bū-  
gani principibus, tantoperè verbo diuino est  
delectatus, vt occupatus varijs interrogati-  
onibus de lege Domini totō die ad vespe-  
rum usque iejunus nihil aliud egerit: adeoq,  
arrisere ipsi omnia que dicebantur, vt tam-  
en tunc Christi dogma non suscepit, susci-  
piendi tamē nō parū desideriū declarārit,  
dixeritq, se cum Rege hac de re acturū: mo-  
dō vero Christianorū q in sua ditione esset  
peculiare curā suscipere, optareq, vt omnes  
Christiani sint. Seruos etiā ad legem Christi  
hortatus es. Obiēperant multi, & religiose

Primario  
us Regni  
princeps  
iuos ad fi-  
de hor-  
tatur.

I iij perse-

perseuerant; quemadmodum ex frequentibus literis intelligimus, numerus omnium est 300. Speramus inde fructus amplissi-

**Penè cœ  
co vilus.  
restitui-  
tur.** mos. Iam annus plus minus agitur, à quo visu quidam ferè priuatus, cum ipso Christianismo integrè visum recepit. Cuius rei sparsus ubique locorum rumor id effecit, ut ad nos sanitatis recuperandæ gratia, varijs ex locis confluxerint plurimi diuersi malis affecti, cœci, leprosi, muti, febricitantes, &c. Inter altos arreptitius, cum sua cognationis hominibus, adductus est, ab

**Arepti-  
tij hære-  
ditarij,** auo quasi hereditario malum hoc sortitus: qui facultatū quicquid habebat, insumpserat placandas Idolis: verūm ita nihil servit auxilij, ut potius tormenta & dæmonum vexationes adiunctæ sint, iam in se, quam filio iam 30. annos nato. Hoc vero anno 55. in homine loqui dæmonium cœpit, nec patrem nec matrem agnoscens, etiam 15. diebus à cibo abstinuit. Sub horum si- nem hominem accessit P. Baltazar, ius- sitq; ut D. Michaelē nominaret: dum di- uum nominat, vehementi tremore cœpit concuti, & varios motus membrorum edere,

edere, ita ut circumstantibus terrori fuerit.

Inuocante verò Patre Deum Patrem, Fili- Demon  
um, & Spiritum sanctum, subito à demo- eiecius.

ne liber exitit, & cum ratione loqui cœpit,

& comedit: atque cum alijs sex sacro ba-

ptismi fonti admotus, Michaelis nomen

sortitus est, pater verò Paulus. Paucis post

diebus soror huius annos habens circiter

29. molestijs demonis agitata, qui etiam in

fœmina loquebatur, certis temporibus Fa-

tris nostri cōcionibus auditis, & ut potuit,

intellectis: & gentilis & arreptilia Chri-

stianam fidem suscipere voluit. Tum vero

cum sacro fonti esset admouenda, docere-

turq; prius se sacro crucis signaculo muni-

re, tremere vehementer & concuti cœpit:

Pater preces fundebat sollicitus. Ipsa sa-

cro sanctum Iesu nomen & diui Michaelis

professe nitebatur. Sed magis ipsam tunc

demon irritauit obstringendo os, & com-

primendo. Tadēm vero in cantū prorum-

pens, exclamat: Si idola Xacam & Ame-

dam sectarum Iapanēsum auibores rejici-

mus, nullus superest qui adorari debeat,

aliaq; huic spectantia protulit nec esse quod

S. Micha  
elis inuo  
catio nō  
fert das  
mon.

in ijs

**Idola Iau** in ijs reprehendere quisquam posset. Sedat.  
**quēti die**, qui beatæ Virgini sacer est, Christianis aceruatim domum nostram concurentibus, sacrum fecit Pater, cui quoque intererat dæmoniaca: finito sacro rogat, qui valevet? Optimè, ait. **Iussa** verò sancti Michaelis nomen pronunciare, tremere ac dētes stringere cœpit, seseque exire velle di-

**Tres æta** cere, tertiam agi etatem, à quo in hac familiâ hospitio uteretur: quare rogare, ut ne migrare cogeretur. Iubet iterum Pater proferre S. Michaelis nomen. Respondit id permolestum esse: Et lachrymas fundes, & conquerens, Quo, inquit, me vertam? suos imitatus discipulos, qui à suo magistro edocti dicere solent: Si iubemus officijs nostris, necessarioque aliorum loculos emun gere, quò nos vertemus? Christiani itaque omnes in orationes corrunt: dumque satis dudum orant, denuò occupatam hactenus prædam deseruit. Ipsa vero, quod primum erat verbum, potum petyt. Admonita ut Iesum & Mariam nominaret, tanta suauitate utrūque protulit nomē, ut Angeli vocem videremur audire: S. quoque Michaelem

**Quærela** demonis.

lēm nominauit. Videntes Christiani ipsam iam prorsus esse liberā, gratias Deo & Domino nostro egere, nomēnque ei Maria inditum. Iam ædes nostras beneficij memor sēpè frequentat.

Addam quod cuidā etiā mulieri accidit. Hæc baptisimi causa ex Ida( goppidum est, ubi aliquot degūt Christiani) vna cū marito ad nos venerat. Verūm cū abesse P. Baltazarē cognouit, abire voluit. Antonius noster, qui tūc aderat, id vidēs, oēs monet, ut pro muliere se dent orationi. Obtemperant, qui tū fortiē aderant, Christiani. Dum orationē dominicā uno ore recitant, mulier fortissimis tremoribus cōcuti cœpit, adeo q̄ agitari, ut tres viri ad eā retinendam non sufficeret, striduitq; dentibus adeo, ut cōteri quis dixisset. Antonius eā aqua consecrata Aque cō sparsit, dū alijs orationes cōtinuant, tādem secratæ. obdormiuit. Expergefacta tandem exclamat, se hinc nonabituram. Admonita ut Iesum & Mariam compellaret, voce iracūda, & ut apparebat, inimica compellauit Iesum & Mariā. Rursum omnibus ad orationem prolixiorem recurrentibus, ad se rediit, & animo

Mulier ex Ida conuertitur. animo minimè turbato nomē Iesu, & virginis Matris cum summa reuerentia nominauit, addens se illum adorare, qui se creasset: pergens porro ad S. Crucis imaginem, se grauiter deliquisse confitebatur. Narrauit mihi postea septem se annis circa cor graue pondus sensisse, adeoq; se iā planè non solum liberam esse, verū etiam magnam animi alacritatem, latitiamq; percipere. Semel pernoctauit apud nos vñā cum marito: mane admonitā, ut sepè venerandum nomen Iesu Salvatoris nostri, & B.Virginis inuocaret, cum summa cōsolatione dimisimus. Abiit eo animo, ut huc ad baptismum recipiēdum cum suo marito( cū redijisset Pater Baltazar ) reueteretur.

Summè mihi gratum fuit, quod mulierem tantum à priori mutatam cernerem, nec mutati solum, sed loquenter, ut spiritu Dei afflatam, & insigni charitate accēsam.

300. egrō  
ti bapti-  
zati. Quotquot in hac regione sunt ægroti, Christianam amplectuntur fidem. Id asseuerare possum, 300. ægrotos, & amplius hoc anno ablutos esse: & hi magnifica Dei extollunt opera, quæ in se suscepto baptismō, expē-

experiuntur. Hic tolerantiam in infirmitatibus admiratur, gratiam Dei propter valetudinem sublatam alius prædicat. Certatim quisque nititur alios etiam ad fidem adducere, & quidem adducit, hic tres, ille 5. alios ite 10. aut 15. Quo verò contra morbos remedio utuntur, aqua Iustralis est, passim in tanta veneratione habita, admiratione, & precio, ut undique à 30. & 40. miliaribus certatim petatur. Varias pellit infirmitates, potissimum verò oculorum via hic frequentissima. Maior pauperum pars, cum eo qui omnibus preest, Christianam fidem profitetur, & paulatim omnes baptizantur. Sapiens nos accedunt, ut orationes addiscant. Dein ad eleemosynas pertendat abeunt.

Hoc anno 1555. ab initio Quadragesima de ieiunio & sacris, nullo die quicquam intermissum est, & conciones indies summo manè habitæ ad Christianos, quoru[m] defiderio satisfacentes, ad Pentecosten eas cōtinuamus, pleno semper auditorio: adeoq[ue] auctum est pietatis studium, ut ex vicinis locis diem integrum præuenerint, alijs auroram

Sanati  
Baptisma  
tis virtute  
alios  
ad fidem  
adducunt.

Aqua lu  
stralis  
vis.

Pauperū  
cura.

Sacra &  
conciões  
quotidie  
habitæ.

Feruor  
Christianas  
norum.

auroram anteuerterint, ut loca preoccuparent. Charissimus frater noster Ioānes Fernández Orationem Dominicam explicat, rem ipsis & gratissimam et iucundissimam. Dies in Quadragesima non fuit, quin vel 10. vel 15. vel 20. baptismum susceperint. Omnes si colligimus, toto Quadragesimo

700. In tempore 700. abluimus. Quinto die magna Quadragesima illius hebdomade sancte, quo salutis nobaptizati stre mysteria, beneficiaque in memoriam reuocantur, Christi flagellationem, flagris se cadentes religiosè celebrarunt. Secuta est afflictionis Christi explicatio, totusque dies pietati ac deuotionibus diligenter insumpsus, nec minore feriore. Sexto vero die undique tantus hominum confluxus ad nostrum templum fuit, ut continenter refertum extiterit.

**Afflictiones christianorum.** Multum mouet, excitatq; Gentiles, quam exercemus mortuorum inhumatio. Cùm primū efferremus funus, tria hominum millia, eoque amplius accurrere, non tam ad pompam, quam ut rem hic planè insolitam, & à suis moribus alienam viderent: Gentiles enim do Gen. patris defuncti cadauer non solum non sepeliunt

**Ratio sepeliendi, Gentiles ad Christum exigitat.**

**Quomo. do Gen.**

pelunt honorificè, verū ne per anticū  
quidem quòd efferatur, dignum putant,  
sed per posticū, ne à quoquam videatur,  
eiciunt: minus ferunt pro defunctis ora-  
ri. Alio etiam Bonzi, & magis hor-

tilescum  
mortuo-  
rū cada-  
ueribus  
agant.

rendo crudelitatis genere vtuntur: cùm  
impiam mortem imminere animadver-  
tunt, domo exturbant, nec in adibüs qui-  
dem mori patiuntur.

Mos Bōs-  
zorū le-  
peliendi  
mortuos  
Agonizā  
tesdomo  
eiciunt.

Videntes modo Christianorum etiā er-  
gacadauera charitatem, & pauperes, di-  
uitésque defunctos aequali honore affice-  
re: dum efferuntur, multum nostra ab ip-  
sis commendantur, ita vt interdum, qui  
saniores sunt, non vereantur fateri, nul-  
lam esse legem, que cum Christiana com-  
paretur: eámque vnam esse, quam me-  
ritò omnes amplecti debeant.

Multi ex Christianis confessionis Sa-  
cramentum frequentarent, sed cùm uni-  
cus dumtaxat sit sacerdos, satisfieri om-  
nibus non potest. Missæ sacrificio conti-  
nenter intersunt, & concionibus, facturi,  
ut apparet, ad D E I obsequium, quan-  
tum iniunxeris.

Summo-

**Exempla** Summoperè parentes ad vitæ mutationem cogūt ad fidem.

**Christi-** excitat filiorū conuersio, & probitas quam cum Christianis coniunctam esse animad-  
vertunt. Tanta in his Dei gratia & vir-  
norū per fæliciores iudicent, qui à mundo multa,  
fæctio.

grauiag, cum ignominia sufferunt, cùm illa  
demum Christum profiteri sibi videantur.

**Gratitu-** Quidam cōuerstionis initio pudore effectus,  
do. post p̄ys colloquijs, & alijs ab errore, quo  
impliciti sunt, reuocādis magis quam illa

re alia delectari cœpit, adeo ut his magis  
pasci, quam cibo potuq, videretur. Die no-  
ctuq, aliud nihil, quam de erroribus & fal-  
sis opinionebus agens, quibus prius fuerat  
intricatus, & fælicitate, quam iam est af-

**Per totū** secutus veritatis agnitione. Per uniuersum  
regnum Bonganum regnum modo vel plures, vel

Bonga- pauciores Christiani sunt. Iacatae 60. Si-

nū Chri- guide tantidem. Cutauri 200. & amplius,  
stiani multi.  
Iacatae 60.

Siguidæ 60.  
Cutami 200.

omnes singulari constantia, tam parentes  
quam filij. In omnibus etiā unus est, quem

honoratiore habent, & ut primarium ve-  
nerantur: cui exhortandi officium incubit,

ut primis bene cœptis, alacriter ad maiora  
conten-

contendant. Quotquot tales sunt, huc sèpè  
sacra, concionesq; auditū, ut simul orationes  
addiscāt, instituanturj; exactius, veniunt,  
& Dei gratia quotidie magis proficiunt.

Ego modo solus Bongi ago, & indies P.  
Baltazari aduentum expecto, qui se cū Io-  
anne Ferdinando, Amatore, & Ludouico  
Almeida, & Paulo Firandum contulit,  
Lusitanorū qui eo appulerunt, confessiones  
excepturus. Audiens Rex de Baltazaris  
profectione, huc ad nos, qua est humanita-  
te, venit, & ne sollicitus esset de profectione  
ne monuit: missurum se virum talem, qui  
quicquid in itinere esset necessariū, curaret,  
subministraretq;: atq; etiam, si ita videre-  
tur, deduceret. Monitos preterea voluit suos  
duces, qui in itinere, qua Patri transeundū  
erat, morabantur, equos ut paratos haberet,  
& cōmeatum. Abeundi verò quatuor equos  
dedit: tot enim opus esse putauit, propter  
latronum, qui viis passim obsedebant, gra-  
fationem.

Regia fa  
uora

In adib; nostris perpetuò degit quida  
Christianus, natus annos 70. cum nonnullis  
alijs viris probis, qui huic commeāt, ac dor-

Christia-  
norū no  
uorū dis  
ligentia,

K miunt,

miunt, solliciteq; de die noctuque domus curam gerunt: cum ijs qui ad ædes nostras veniūt, de rebus diuinis agunt, ijsq; librum quendam de rebus fidei in linguam suam vernaculam transfusum legunt.

Oratiō rā  
tio dēmē  
stica.

Vesperi dato signo ad orationē nos conserimus, quæ Oratione Dominica, Salutatione Angelica, & vespertina prece, qua Reginam cœli veneramur, absolvitur.

Oratur  
pro nauī  
gātibus.

Oratur etiā pro nauigantibus: nominatim vero pro nostris qui in Iapaniā veniūt. Similiter letaniae dicuntur, ut Deus nos ab hostibus liberet, tū visibilibus, tū inuisibilibus. Posthac ad lectum quisque se confert: det Deus, ut in ea conuersatione ipsorum aliquid addatur pietati.

Antonius Cina particulatim nobis transitū B. Francisci Xanierij ad feliciorē vitā, descripsit, Deo laus, qui ipsum translulit in eū locum, unde nostras necessitates & miseras clarius prospectas, ardentijsq; ac maiori orationum efficacia pro nobis apud Deū intercedat. Si mihi singula de rebus Iapanicis scribenda forēt, quæ ad Dei gloria & obsequiū geruntur, longa supercesset texēda historia:

historia: alia enim alijs indies succedunt, idq; in tanto numero, ut memoriam praecedentem, que sequitur obliteret. Quare his fine facies, me, omnesq; nostros, qui in Iapania degut, plurimum orationibus vestris commendando, rogoque ut vestris precibus consequamini, quod nos magis idoneos efficiat suæ gratiae, obsequijq; ministros.

Bongi 10. Septemb. 1555.  
Seruus inutilis. Eduardus Syluius.

## ARGUMENTVM.

Agitur de sua in Iapania profectioe, & multis que in itinere euenerunt periculis. De rebus Sinarū & 13. prouincijs, totidemq; maximis ciuitatibus: Cātaon, Metropoli. Moribus Sinarū, legib; ratione gubernādi, officijs, dignitatibus, Regis potētia, diuitijs, Prefectorū maiestate, multitudine, arcus triumphales, subdilectorū obedientia, & seruitute, Regionis vastitate, Regia. Cur Sinarum cōuersio difficilis. Eorū ingeniū, vitia, errores, sacerdotes, idola, difficultas nauigandi, in Iapaniam obedientiæ virtus & efficacia.

LITERÆ MELCHIORIS NVNESII  
Prouincialis Societatis Iesu in India, ex Chinensi portu Machnan, ad suos in Christo fratres in India agentes Nouembris 23.

Anno 1555.

Kj Gratia

Gratia & pax Domini nostri Iesu  
Christi semper sit in ani-  
mis vestris.



X literis superiori anno ad  
vos missis, intellexisse vos  
arbitror, me Malaccæ by-  
masse: nunc ut vobis, qui  
fratres mei estis in Christo  
dilectissimi, Dei Opt. Max. beneficia in  
memoriam reuocem, simûlque spiritualem  
aliquam consolationem impertiar, breuiter  
totâ nostri itineris rationem, ut in ea cru-  
cis flores agnoscatis, quibus nos Deus re-  
creauit, referâ: quâdoquidem præsentes, &  
vnâ agere nō datur. Malacca itaq; 15. Apri.  
1555. in Iapaniam nauigaturi discessimus:  
cùm tamen nihil non obijceret veterator  
hostis difficultatum, ne suscep tam hanc na-  
uigationem perficeremus. Cumq; nauē non  
inueniremus, que in Iapaniā solueret, à D.  
Antonio Norognano, Malaccësis arcis pre-  
fecto, triremē accepimus Regiam, que pri-  
ma nobis occasio contigit, ut in aduersis re-  
bus omnem spem in Deofigendam discere-  
mus.

mus. Eam autem multis varijsq; rebus instruēt am esse oportuit: Naucleus, Nauta,  
 aliaq; que in re nauali requiruntur, compara-  
 randa: in hoc & laborandū nobis, & fratri  
 nōstro Ferdinādo Mendezio multum im-  
 pendendum. Et in hac apparatione tribus  
 integris mēsibus, Ianuario scilicet, Februa.  
 & Martio immorandū. Quibus tandem euo-  
 lutis, in grauem morbū incidi, à quo vixdū  
 refocillatus, una cum reliquis fratribus cō-  
 scandi. Ea siquidē Dei clementia est, ut in  
 tot negotiorū fluctibus, que tū varia ani-  
 mum distrahūt, tum etiā natura debili nō  
 satis conuenietia, solatium non defuerit: &  
 quod ex humana industria fratribus deerat,  
 hoc diuina mihi gratia suppeditaret. Ciues Ingēs fer-  
 aut discessum nostrū multis lachrymis pro- uor ciuiū  
 sequuti sunt, quod me cōfudit plurimū: alijs Maluccē.  
 vero, ut animaduerti, ad maiora stimulos  
 adiecit. Plurima, maximaq; pericula in tā  
 incerto nauigationis chrsu experii sumus.  
 Benedictus Deus, qui nos ne in periculis  
 quidem tantis non deseruit. Aliqua ex ijs  
 adiçiam, quibus reliqua facile intelligatis.  
 Primum trigesimo sexto à Malacca mi-  
 K iij liari,

Ingēs fer-  
uor ciuiū  
Maluccē.  
sium.

liari, tēpestatis vis tanta exorta est, ut vel  
lum perruperit: quod nisi fuisset disruptū,  
per pontum corpora iacuisse mus: deinde ubi  
ad Sincapuræ fretum venimus, triremis in  
breuibus subsedit, & quidem in hostiū lo-  
co: qui non ita pridem Lusitanos aliquot,  
multis supplicijs affectos, enecarant. Cùm  
verò iam quotquot nauigationis erant socij,  
spem omnem salutis amissam existimaret,  
obnixè rogārunt, ut lembo magnā triremē  
(Galeonem vocant) qui nos anteuerterat,  
insequerer, eosq; qui praeuebantur, ad vi-  
tam, facultatesq; nostras tuendas implora-  
rem. Itaque fratribus Ferdinando & Ste-  
phano Goesco comitatus, dum sub nocte na-  
uigo, nauiculas 50. insequētes cōspeximus,  
tatis clamoribus, ut attonitos, ac propemō-  
dum stupidos nos reddiderint. Cùm iam  
mortuus certissimam, ut putabamus imaginē  
videremus, nihil restabat spei, præterquā  
fiducia in Deum, & oratione. Qui aderāt,  
titionem mihi dederunt, manibus tenen-  
dā, ac sic tormenti veluti formam procul  
ostenderem. Sed in tam presenti periculo  
exigna admodum spes in titione ponenda  
erat:

erat: ad eum intendenda mens erat, qui in oportunitatibus & tribulationibus posset auxiliari: qui etiam fecit, ut iamia capiēdi Galeonē affecuti sumus. Mauri vero, quia iam nos elapsos, opeq; & præsidij tutos vi-debant, cessere. Ego qui huiusmodi periculis non ita assueveram, iam ipsa re doctus, sentio, quam pre his leuia sint ieiunia, ciliacia, verberationes, omnesq; que ad carnem domandam comparamus, mortificationes, aut si quid est eiusmodi, quod vel minimā cum morte comparationem admittat.

Quare dum ad nauim nostrā properamus, Dei Opt. Max. auxilio è breuibus eductam cognouimus: Secundum hoc erat. Tertium restat: Nam dum in insulam quam Pelotis maon in lula. vocant, ferimur, Lusitani in hanc egressi, in non leue discrimen sese coniecerunt: in insidijs enim latére Mauros deprehenderunt, sagittis venenatis instrutos, ut huic hominum generi precipua vis in veneno est. Quinque autem ex nostris Mauri, artis nauticæ peritiores, & quibus carebamus agrius, ad suos effugerūt. Nego ciū propterea cū Præfecto, et Nauclero fuit,

K iiiij qui

qui obnoxie rogandus erat, ut ulterius pro-  
 gredieretur. Quartum periculū mox subse-  
 quutum est, cū Patanā appulimus: Nam  
 hīc ad armā concitatos cognouimus indige-  
 nas aduersus Lusitanos. Magna enim hac  
 triremis (seu prætoriā vocare malis) Lu-  
 sitanorum, Patanensis Praefecti nauim ce-  
 perat, omnibus quotquot ea vellebātur, ene-  
 catis. Nos aut̄ in tam ancipiti periculo, hoc  
 unum admirabamur, reliquos non tantum  
 homines, sed pueros etiā orphanos, qui una  
 nobiscum nauim consēderant, magno sem-  
 per, fortiq̄, in Deum animo perstittiſſe: qua  
 ex re vel ipsa experientia didicimus, diuino  
 consilio nobis hac omnia contigisse, ne vel  
 patientiæ fructu defraudaremur, vel de  
 ipsius auxilio disceremus desperare, à quo  
 unū in afflictionibus auxiliū est. Sub initiu  
 May Patana soluimus in Iapaniā: speraba-  
 mus aut̄ ut ipso D. Ioannis dic sacra corā di-  
 lectis fratribus, alijsq; Christianis q; in Bo-  
 gina degūt ciuitate, perageremus. Verū (si-  
 ue mea peccata fuerint in causa, siue demo-  
 ni suscepit iter displicuit, siue Deo Op. Max.  
 ita visum fuit) ingēti oborta in sinu maris  
 pullo-

Pullocodorensis, tēpestate, abrepti tantū nō  
periuimus. Tāta enim aquarū vis & mul-  
titudo celocē nostrū depresso, labefactauitq;  
tantamq; aquæ copiam transmisit, ut noctu  
& interdiu exhauriendo sublenari non po-  
tuerit. Videntes Nauearchus, ceteriq; Lusi-  
tani, in quantis versaremur periculis, ob-  
nixè nos rogare cōperunt, ne tanti Iapanē-  
sium salutem faceremus, ut nostram possha-  
beremus. Iuramento confirmantes, quātum  
experientia compertum haberent, fieri non  
posse, ut Chinense illud astuosum & conci-  
tatum mare celox superet, sed ad unum  
omnes perditum iri, certo certius habere.  
Iam vos cogitate, quanto meo cum dolore,  
iter tanto desiderio, tot tantisq; periculis pe-  
nè confectum, intermittendum fuerit.  
Verū indigni eramus (sic enim colligo)  
tanto successu qui iter istud conficeremus,  
cūm & iam propemodum undis depresso  
celox esset, & ventus adeo contrarius, ut  
40. dierum spacio vix ad 130. miliaria per-  
uenierimus. Pelotimaon itaque reuersi, duas  
ibi offendimus Lusitanorum naues, quæ hoc  
aquatuum aduenerant. Atque hæ cūm in

Sinam

Sinam properarent, rogārunt, ut dimissa  
nostra triremi (qua tanto periculo ueheba-  
mūr) secum in Chinam nauigaremus. Inde  
enim sperabant in Iapaniam facile nos tra-  
iecturos. Dubius itaque, num in Indiam,  
prima oblata occasione, proficisci consultum  
esset, intellecti Malaccam per Indiam non  
nisi nouem mensibus tutam esse nauigatio-  
nem. Si verò in Chinam concederem, fu-  
etum aliquem ex infidelium conuersione  
sperabam: literis etiam quas ex Iapania,  
vel India expectabam, significaretur, quid  
in nostra religionis & fidei propagatione  
facto esset opus, & interim in amplissi-  
mo Chinensium regno versare: Tan-  
dem ut una nauigaremus, & ad diut-  
num honorem augendum, & ad fidem  
nostram propagandam utile iudicauimus.  
Sed dum celocem nostram deserere para-  
mus, in aliud incidimus periculum, quo  
vix aliud habuimus grauius. Nocte enim  
intempesta tanto impetu triremis in ce-  
locem impegit, ut propemodum demer-  
serit. Fertur illa in saxa & scopulos, di-  
uina tamen bonitate summum periculum  
inco-

incolumes euasimus. Quidam sortem suam deflebant, terrebanturq; vehementer, cùm in tam difficili longoque itinere, quod ad Dei obsequium susceptum erat, mortem præsentissimam viderent imminere, se seq; in tot tantisq; periculis versari: qua sane in re parua fides specimen declararunt.

Deus enim quos diligit castigare, & corrigere solet, multisq; obiectos difficultatibus probare, ea ratione qua aurum in fornace, ut habent sacra literæ. Hæc autem eò speciatim, & summatim refero, ut intelligatis singulari Dei prouidentia deberi, quod simus incolumes, ut ipsi posthac fidelius & diligentius seruiamus: voluisse quoque p̄yssimum Saluatorem nos tot actos tempestatibus monere, ut ad Ethnicorum conuersionem veniremus, constantiores, & fortiores: indigni alioqui, qui tam debiles & inexercitati, tam nobilem prouinciam susciperemus: Quare nos ijs virtutibus, quas tam arduum negotiū requirit, instrutos esse oportere.

In nauem igitur sumus ingressi Francisci Tusci, qui in Goano collegio filium habebat.

Insula Sā  
choa.

habebat. Medio verò Iulij ad Insulam Sanchoam peruenimus, quò tamen ante quā deueniremus, per loca quædā saxosa trium vix vlnarum altitudinis, vento violento acti nauigauimus: In qua si nauis impiegisset, de omnium salute actum fuisset. Et in hoc tam præsenti mortis periculo Sanctorū suffragijs erigebamur, maximè autem Sanctissimæ Trinitatis, quæ, dum litanij implorabamus auxilium, nos solabatur. Concessit mihi Deus, ut in Sanchoa (qua 90. miliaribus Cantaone distat) missa sacrificium perigerem, in loco ubi B.P. Franciscus sepultum fuisse affirmabant. Mox curauit, ut ciuitatem ingrederer, quæ hactenius nemini patuerat, ut nec totum Regnum: ad quod modò, cum omnibus Lusitanis, ut piè credo, tum nobis, orationes B.P. Fräcisci adiutum impetrârunt. Paulò enim postquā ille diem obiijset, Lusitanorum nemo Cantaone ciuitate prohibitus est, liberaq; cum ea gæte commercia fuere. Quod certè beneficium sibi soli impendi petierat D. Franciscus, sed adeo non obtinuit, ut in posteros hoc est, nos eam commoditatem, qui talcm habituri eramus,

eramus intercessorem, transferret.

Quia verò rem me gratam vobis factum existimo, si quid de hac prouincia per scriptero: commodum iam est, breuiter que ipse vel viderim, vel audierim, referre.

Sina itaq; tota 13. continetur prouincij, Sinæ de-  
quarum nulla est, quin urbem insignem ha- scriptione.  
beat, totius prouincie primariam, à qua le- Prouin-  
ges petuntur, & totius prouincie admini- cie Sinas  
stratio. Interhas autem ciuitates primarias rum 13.  
Cantaonem minimum asserunt, quæ tamē, Ciuitatū  
Lusitanorum omnium iudicio, Vlisponem vastitas.  
& hominum multitudine, & magnitudine  
antecellit. Alio verò longè Cantaonem &  
hominum frequentia, & pomeriorum am-  
bitu superant. Est autē Cantaon firmis pro- Cantaonia  
pugnaculis, adiungq; magnificentia admo- descrips-  
dum famosa, in eaq; qualibet platea portam tio.  
habet, quæ de nocte occluditur, ut ne ex  
una platea in alteram ulli, vel ad furandū,  
vel ad grassandum transire liceat. In vijs  
passim arcus triumphales sunt, & insignes,  
plures opinor, quam 100. Nec mirum, Prin-  
cipes enim qui triennio quoque officio de-  
cedunt, huinsmodi arcus in perpetuum me-  
moriana

moriam erigunt, in quibus & sua exprimit nomina, & quo tempore rerum administrationē tractārint. Vbi verò in vijs huiusmodi arcus non sunt, longo ordine magnae arbores crescūt, vijs ipsis veluti horiti formam præbētes. Ciuitas quoq; omnium rerum, quibus ad vitam opus est, instrutissima: et in qualibet platea macellum habet. Aquis fluminis tota cingitur, ita ut opportune circumcirca nauigari possit. Campos amplos extra habet, qui omnes irrigui sunt,

**Terrater** ob tantam aquarum commoditatem. Quare etiam ter in anno terra fructus suos producit, ijsq; qui in Europa nascuntur, pares: ut etiam arbores, animalia, & quicquid

**In Adulteros** ses uerè ani madueruntur. demum terra profert. Honesto cùm viri, tum mulieres habitu utuntur: scuere in adulteros animaduertunt. Mechanici &

Cerdones per regiones distributi: qui eiusdem artificij sunt, unum occupant. Nec alius quis aliam filium suum docet artem præter eam quam ipse exercet. Neminem in ocio

technas detegunt. Cùm hæc probè intelli-  
gunt, esse unum verum Deum probant, &  
animaë immortalitatem : dein mysterium  
incarnationis exponunt, & quām fuerit  
hominum saluti necessarium: reliquaq; de-  
inceps omnia Oeconomia Christi, fidei,  
mysteria, etiam SS. Trinitatis. Vbi iam hac  
omnia credunt, sacro baptismatis fonti ad-  
mouentur : dein multam adhibent curam  
ut conseruentur, cùm alijs rebus, tum con-  
cionibus, quæ singulis Dominicis idiomate  
Iapanico habentur : curant etiam ut sacro  
intersint Missæ sacrificio: iam etiam ut  
confessionis frequentent sacramentum:  
Benedictus Deus qui omnis boni author  
est.

P. Baltazar Gagus Firandum abiit cum  
Eduardo Syluio, & quodam alio Christiano  
Bongano, qui singulari addiscendarum lin-  
guarum dono præditus est, ut concionentur  
ad Firandinos, & doceant quæ P. Baltazar  
dictabit, ad conseruandos, qui centenarios  
iam aliquot excesserunt: Christianos ac  
templa

templa diuinis officijs & concionibus ex-  
struant. Multum P. Baltazar ab ipsis, atque  
adeo Rege ipso desiderabatur, qui etiam  
Christi doctrinam sese promiserat amplexu-  
rum: qua re spero ipsum Christi horreo non  
paucos manipulos allaturum.

Rex Fis-  
randi ad  
Christū  
propens-  
det.

P. Cosmas Torres, & F. Ioannes Fernā-  
des, vir rarus, & singulari dono concionādi,  
Iapanica præsertim lingua, præditus, Bongi  
dequnt. Quos mecum adduxi modo, in lin-  
guia Iapanica sese exercent, sine cuius co-  
gnitione parum præstare possunt in Reip.  
cōmodū. Gaspar Vtrella & alijs noui, adeò in  
hoc laborārūt, ut ante deceßum meū pluri-  
mum profecerint: spero Deum, qua solet uti  
in suos clemētia, regni huius salutem datu-  
rum. Simulatq; Bongum venimus, Regi nos  
insinuauimus: ab hoc enim omnia tanquam  
à capite pendent. Preter munuscula quæ  
attulimus, conatus sum, ut erga fidei nostræ  
res magis afficerentur: verū cùm iam se  
recepérit ad ilium mōlem, & peccatis qui-  
bus intricatus est, intelligat nuncium Bongi  
esse remittendum: se quoque si Christianus  
fiat, vita discrimē incursum maius: hinc fidem-

Fratres  
Bongani

Cur & ex-  
Bongi  
non am-  
plectitur  
fidem?

N *iiiij* enim

enim hostes cædis occasionem quererent:  
cùm maior pars dæmonum agitetur insti-

**Sexta Epis-** tibus, & alij per omnia ferè sint Epicurei  
cureorū similes, parum meis adhortationibus effecti.  
missis i la-  
pania.

Det Deus illi lumen, si enim Rex conuer-  
sus esset, nihil est quod non ausim mihi pol-  
liceri. Cùm eadem de re cum Primitibus  
agerem, se quoque excusarunt, Christum  
sese amplexuros, simulatq; Rex amplectere-  
tur: verum quātò maiorem spem de horum  
conuersione conceperamus, tanto visus est  
dæmon impedimenta maiora obijcere.

Multum laborauimus apud Regē, & qui-  
dem astantibus primoribus, ut ad se Bon-  
zos aliquot, qui sapientiores, doctioresque  
haberentur, reuocaret, eosq;, & nos audiret  
de rebus diuinis differentes, ut ipsis etiam  
de suo errore, in quo iam inde à tot seculis  
versantur, & Christiana veritate liqui-  
dius constet. Quod quāvis ille se facturum  
promisit, nulla tamen diligentia, aut studio  
efficere potuimus, ut re ipsa præstaret.

**Bonzi** Bonzi sunt hic viri totius urbis prima-  
**petetes.** rij domini, quorū consilio Rex agit omnia:  
adeo nobis infensi sunt, quod errores, ne-  
quitiam,

quitiam, & mendacia ipsorum detegimus apud populum, ut in hos omnes vires & presidia contra Euāgelium dāmon videatur contulisse: inō si non ipsi, vel dāmone peiores id faciant, ut dāmon his tanquam prāsidarij utatur.

Bonzos istos cūm viueret P. Frāciscus, Xauierī omnium aduersariorum, quos hic unquam labores habuit, maximos est expertus: passus est enim in hac regione grauiſſima, non solum ab his, verū etiā à pueris, qui ipsum frequenter irriserunt, iniurijs affecerunt, lapi- dibus appetierunt: verū quanid grauiora fortis & constans Dei seruus perferebat, tāto maiore gaudio, & spirituali lātitia, quod Christi nomine pateretur, afficiebatur.

Vitam agebat plane Apostolicam, comedebat more Iapanum, quod homini Hispano, aut in Europa nato, erat potius affligi, quam refici: radicibus enim vescebatur, in magnis frigoribus, sola erat vili ueste, siue leuidensa induitus, magna pedes conficiebat itinera: sapè etiam ut latronū cuitaret manus, nobiles equites Iapanēses sequebatur velut pedissequus. Tanazuma Meacum abiit.

abijt, & paſſim in via concionabatur, tam  
in Bonzorum, quam nobilium edibus.  
Adeo erat vir iſte ſeuerus in taxandis vi-  
tijs, & maximè Idolorum cultu, ut ipſius  
interpres Ioannes Ferdinandes (ſicuti ipſe-  
met retulit) ſepè non parum tremeret ob li-  
bertatem, qua apud quemlibet, etiam pri-  
mates, viroſq; nobiles uitebatur, & liberè  
eos neglectæ, contemptæq; religionis noiaſ,  
dixit: ſi nō attentius euangelicas conciones  
audirent, quam ſuos Bonzos, quos uenera-  
bantur, nunquam veritatis lumen aspectu-  
ros. Videbatur (inquit Ferdinandes) mortem  
querere propter fidē & Christi honore. Sa-  
nè præ ſe ferebat, magnū praefentis vita cō-  
temptum. Quodam tempore tanto zelo re-  
prehendit Amangucci Regem ob nefanda  
quædam peccata, ut periculum mortis vix  
euiferit, tantumq; effecit apud Iapanes, ut  
etia modò sanctus habeatur. Ego cum velle  
meam tepiditatē huius Beati feruore non  
nihil accendere, ipſius ſecutus exemplū, ac  
regionis notitia coparare, cum Ioāne Ferdi-  
nando, in interiora regionis Iapanie cōceſſi,  
& multū cœpi consolari, quod viderē tam  
multos

multos ad Christū venire: verūm indignus tanto beneficio, nolens Deus uti meo ministerio, in morbum incidi, ex malorū ciborū, & lecti incommodis, storea enim lectus erat, lignū cervical, cibus oriza sine bistro, & alio condimēto: adeoq; auctus est morbus, ut iuncto fuerit opus ad reuertendum Bongum: ubi tribus mensibus continua laboravi febri: adeoq; inualuit, ut vitæ spem propè omnem abicerem: quam tamē Deus sua benignitate concessit longiorem. Videns me parum utilitatis negocijs fidei hic adferri posse, & officij ratio me ad Indianam reuocaret, necesse fuit, tāetsi languorem, descendere. Satimq; inter Iapaniam & Sinā in tātam incidimus tempestatem, quantā nec vidi unquā, nec me visurū alias existimo. Quinq; diebus cōtinuis ferebamur veluti perditī, tamq; frequentes & cōtinuae audiebātur voces Deū appellātes, ut quāuis in tātis versarer periculis, consolatiōni mihi fuit videre, Deū huiusmodi rationib; uti ad nos ipsi inuocationē, et gloriā, necnō ad vitæ correctionem hominesq; vel hac rōne ad ipsi sequēda vestigia cogi.

Benedi-

Benedictus Deus, qui momento tempore  
ris homines ad se inuocandum & vult,  
& potest excitare, partimque afflictionib-  
us, partim consolationibus ad sibi serui-  
endum prouocare.

In itinere intellexi aduentare Domini-  
num Patrem Consaluum, & Franciscum  
Rodricum, qui obiturus erat prouinciam,  
unaq; cum ijs alios, qui iam tum præcesser-  
rant: quæ si in Iapania audiuissem, gratissi-  
mum mihi fuisset in Indiam non reuerti.  
Utilis tamen fuit reditus, non solum ut  
mutuo frueremur conspectu, verum etiam  
ut de me prout in Domino expedire vide-  
retur, constitueret: tum etiam ut de rebus  
Sinensibus & Iapanensibus à me edocere-  
tur, saltem de ijs locis in quibus egeram, &  
fructu qui sperari poterat, & quo modo  
Euangelij doctrina ibi diuulgari posset.  
Visum itaque est S. obediētie, ut Coccinum  
concederem, ubi modo totus sum in concio-  
nibus & confessionibus audiendis, alijsq;  
munijs, quæ Societas ad proximi salutem  
adhibere consuevit. Det Deus mihi gratiā,  
ut totum me mea aliorumq; saluti sollicitè  
impendam,

Francis-  
cus præ-  
positus  
prouinci-  
alis Indic

*impendam, ita ut dum illi seruiendo pro  
sua voluntate unā cum alys pertingam ad  
illam eternam immortalem ipsius gloriam.*

Cocini 8. Januarij Anno 1558.  
Seruus indignus in Christo Iesu.

Melchior Numezius.

TEXEMPLVM LITERARVM

P. Gasparis Vilelle ex  
Iapania.

ARGUMENTVM.

Magnopere sibi de Christianę religiōis succ  
cessu gratulatur. Firandorum conuersi  
onem narrat, tria præterea templo Chris  
tianorum erecta esse, Bonzorum furore,  
S. Crucis deieetas, in coelo Crucis Signum  
contrà effulsiſſe. Postremò se ad Regiam  
ciuitatem Iapanię mitti, dissimulato habi  
tu, quæ & istius regionis clarissima acadē  
mia est. Hic vt præstet aliquid, fructūmque  
referat ex tam diffīcili legatione, fratrum  
implorat preces.

Pax Christi Domini nostri corda  
nostra semper inhabitet.

A M E N.

ANNO



N NO 1558. pro iniuncto  
mihi à superioribus munere,  
fusissimè de rebus Iapanē si-  
bus literis, vos charissimi fra-  
tres, certiores feci: præcipue

tamen de Firandicis. Firandi ad annum  
commoratus sum, tamq; prospere res nostra  
procedebant, felicitante Domino, ut duoru  
mensium spacio, mille trecenti Ethnicā im-  
pietatem deserentes, Christianā veritatem  
sequerentur: tresq; sacras ædes extrueremus  
ijs in locis, quibus antea fuerant Idolorum  
templa. Dum res incrementum sumit, de-  
mon , cui omne bonum summoperè disipli-  
cet, per vicarios suos, Bonzos , me inde  
eiecit, cum magno omnium Christianorū  
dolore & gemitu. Prius tamen sacrae Cru-  
cis Imagines cōfregerūt, aliaq; plurima cō-  
miserunt flagitia in Dei Domini nostri cō-  
tumeliam. Verū illc Deus, qui nō ultio-  
num Deus est, sed Pater misericordiarum,  
in cœlo formatas cruces illis videndas obie-  
cit, atq; alia manifestissima diuinæ maie-  
statis signa, ut omni pertinacia abiecta, cō-  
uerti debuerint ad Dominum. Verū ad  
inīstat

1100.  
Ethnici  
duorum  
mēsium  
spacio cō  
uersi.

Cruces  
deturbat  
Bonzi.

Crucis  
signum  
in cœlo.

instar noctuæ lucentē fidē nostrā nō valētes  
intueri, nullū aliū fructū inde perceperūt,  
quam ut grauiore cœcitate obtenebrati, gra-  
uius dū Christianos omni studio à suscepta  
religione nitūtur anocare, laboraret. Ille ta-  
mē qui vocauit ( quia potēs est ) vires ad  
resistendū, firmissimus vestris precibus sup-  
peditabit, quibus tā illos, quam nos in fine  
vsg, perseveraturos cōfidimus. Quādoqui-  
dē ( ut iā initio significauit ) anno elapso fu-  
sissimè oīa perscripsi, paucis qua significare  
nūc decreui, cōpletear: cūm iā sim in profe-  
tione, adeoq; urgear, ut literas charitatis  
vestræ quaē biduū tantū absunt, operiri ne-  
queā: quas tamē perlegere desidero vehe-  
mētissimè, qđ animū addat nobis in ad-  
uersis, & spē maioris in posterū fructus fa-  
ciat: cū videam⁹ Deū p̄ suos Societ. seruos  
varijs i locis, ac mūdi regionib⁹ idē efficere.

Nos cū multi iā anni sint, ex quo in has  
partes Iapanic. deuenim⁹, necdū tamē Re-  
giam ciuitatem adiuimus, aut illius perse-  
ctiorem cognitionem habemus, quæ & do-  
ctrina celebrior est, & sectarum omnium  
origo est. Itaque qua ibi sunt experiemur  
intellī-

intelligere, si forte Dominus pro immensa  
misericordia portam in istis regionibus a-  
perire dignetur, quæ quidem regiones,  
trecentis leucis siue mari, siue terra, hinc  
absunt: & fusis precibus cecidit sors, non su-  
per Matthiam virtutibus plenum, sed su-  
per me miserum peccatorem, ad tantum,  
tamq; impar humeris meis obeundū mi-  
nus ineptissimum. Verum quando quidem  
sic Domino, S. Obedientia imperante, visum  
est, submitto caput, corpus illi animamq; of-  
fero, & perferendas terra mariq; labores li-  
benter in me recipio, uniuersam in Deo, &  
charissimorum meorum fratrum precibus  
ponens fiduciam. Quod si antehac effusis  
lachrymis, crebrisq; suspirijs Domini mis-  
ericordiam implorasti, iam multò magis  
oportet. Regnum enim quod peto, caput est  
insule, quo si legem Creatoris & seruato-  
ris nostri I E S V quisquam introduxerit,  
Europa relinquenda, & ad hanc insulam ve-  
niendum, ut in tota Iapania lex Euangeli-  
ca prædicetur, ac diuinæ lucis claritas rá-  
dios diffendens, abunde Ethnicas mentes  
errorū tenebris obductas charitatis vestra  
opera

opera illuminet, illig<sup>q</sup>, caligine pulsa, lucen-  
tem veritatem assificant. Itineris nostri co-  
mes est Laurētius Iapanensis, frater noster,  
quo tāquam Interprete in disputationibus  
vtendum erit, meq<sup>z</sup>, alijs in rebus ad Dei  
Domini nostri seruitium speciatib<sup>z</sup> adiu-  
uabit. Quamuis enim Iapanēsem linguam  
vtcung<sup>z</sup>, teneā, melius tamē ille, cui ea ver-  
nacula est. Sacerdotis veste induitus non  
sum, sed tenuiores dico esse fortunæ fratre,  
salutis me<sup>e</sup> studiosum, meq<sup>z</sup>, bonis quibusdā  
Patrib<sup>z</sup> cohabitare, illisq<sup>z</sup>, seruire assero: quòd  
si audire me velit, me ea docere paratu esse,  
quæcung<sup>z</sup>, ab illis didicerim. Cuperem quòd  
possem maxima humilitate, & animi sub-  
missione, si Deus velit, cum illis agere: Hic  
mibi vestre preces utilissimæ, maximæq<sup>z</sup>,  
necessariæ sunt. Hoc enī certò sciatis, me ab  
eo qui esse deberē, quam longissimè abesse.  
Qua ratiōe igitur talē me exhibere potero,  
qualē dixi? Quamobrē per dulcissimū Ie-  
sum vos oēs oro, ut vestris precibus opē mi-  
sero ad tātā virtutē consequēdā impreteretis,  
quā mihi, si diligenter dominū precati fue-  
ritis, concessum iri planè confido. Amen.

Fianoia,  
ma.

Primū ex S. Obedientiæ iussu mihi frequētior Bonzorū cōetus adeūdus est, qui locum Fianoiam, hoc est, monte igneū nūcupatū, incolunt. Civitas populosissima est, & studiis clara, ut pote acadēmia, atq; vel ipsa, quam in Europa habet, Lutetia celebrior. Cogitate obsecro charissimi, quid inter tot lupos, & dāmonū ministros facturus miser sis, quātisq; me virtutib; prēditū esse oporteat, quae desūt tamē. Ibi horrēda peccata, qualia vix cogitari possunt, videoas, ibi flagitia, nec in eo loco tantū, sed in uniuersa etiā urbe Meaco, quam peto. Quare instate precibus, & me quām diligēissimè Deo Domino nostro commendate. Spero namq; sancta Obedientiæ virtute dāmonem talcm qualis sit, ib omnibus cognitum iri, cum Dei lege recepta multi nomen domini consitetur: quod si mihi ipsi non defuero, virtute obedientiæ in Deo meo transgrediar murum, & cadent à dextris nostris decē milia, & à latere nostro millia millium. Ille enim Deus qui omnia potest, auxiliabit, isq; nos uestris precibus tanti operis ministros efficiet. Non dubito quin alius uestrum

strum si adesset, tanta vocatione melius sa-  
 tisfactur sit: quod enim ipse proficiscar, Pa-  
 trius Cosme à Torres inclinata iam atas, &  
 P. Baltazaris Gagi aduersa valetudo in  
 causa sunt. Festinate Charissimi, spero si qui-  
 de vos anno proximo literas nostras hinc  
 accepturos cum celebri gratiarum actione,  
 quibus intellecturi estis, quantis Deus Do-  
 minus noster has regiones beneficijs cumu-  
 larit: modo infinita sua misericordia me ta-  
 lem reddat, qui sanctissime eius voluntati  
 perfectè respondeam. Plura non addo,  
 tametsi id proposueram, non enim mihi per  
 ocium licet. Spero P. N. à Torres ut hæc, sic  
 etiam profectionem nostram perscripturu.  
 Vos fratres charissimi, aliquam nobis ve-  
 stris literis consolationem afferte, eò enim  
 proficiscor, ubi forsitan nullum nostræ Socie-  
 tatis post hac visurus sum. Hoc tamen me  
 consolor, quod S. Obedientia volūtate, fātum  
 iter, tamq; arduum negotium aggrediar:  
 faxit Deus, ut in sui amplissimi nominis  
 ampliorem honorem cedat. Oro Patres cha-  
 rissimos, qui hanc meam visuri epistolam  
 sunt, ut ter amore Dei de Spiritu sancto  
 o y sacrifici-

sacrificium faciant, quo natio hæc Iapanica  
fidem amplectetur: pariterq; rogent, ut  
Christi bonus odor simus. Fratres vero,  
quinque septem psalmos recitent, quia nūc  
certe si quando aliâs orationes maximè re-  
quiro. Sanctam vero obedientiam precor,  
nostra postulationi tantum concedat hac in  
re, ut ipsa veluti Deo acceptior, impetrare  
humilitatis & patientiae virtutem mihi  
summoperè necessariam velit. Dominus  
dextra sua protegat nos, gratiamq;  
largiatur, qua sanctam ipsius  
voluntatem adim-  
pleamus.

Datum Bongi Kalend.  
Septemb. 1559.

Inutiliss. Seruus omnium

Gasspar Vilella.

EXEM.

## EXEMPLVM EPISTOLÆ P.

Baltazaris Gagi, ex Iapania.

Anno 1559.

## ARGUMENTVM.

**D**e rebus domesticis, & Christianorum studio, diligentiaque, flagellationibus, elemosynis, consortijs perscribit. Hominem à 20. annis decubentem sanitatem recuperasse narrat. Hospitale egenis ac deploratis hominibus erectum esse. Multos egenos curatos esse. Agit præterea de proprijs periculis, quibus fuerit intricatus. De nobili præterea propter fidem trucidato. Postremo exorto tumultu Vilellam in Facatam profugisse.

Gratia & amor Iesu Christi Domini nostri corda mea semper inhabitet.

AMEN.



Eptembris initio 1556. vestras, Charissimi, literas acceptimus, quæ ideo tardius in manus nostras deuenierunt, quod mercatorū nauis portum Firandicum, qui 60. leucis Bongo distat ingressa fuerit, idq; propter bella, quæ rectum O iy iter

iter impedierunt. Postquam verò iam ap-  
pulissent, quod pridie Kalend. Iul. fuit,  
ad illud tempus quo literas accepimus, sin-  
guli dies anni visi sunt: illis verò maximo  
gaudio affecti sumus, quod & optimum or-  
dinem, & progressum societatis nostræ, quā  
Deus primum suo instinctu institutam, per  
nostros etiam vult conseruari: & quod ma-

Mors R.  
P. Ignatij  
Societas  
tis Iesu  
fundato-  
ris.

iorem consolationem attulit, P. Ignatium  
ex hac vita misera in beatam gloriam com-  
migrasse intelleximus, eo etenim in loco  
auxilium suis manus adferre poterit. Quā-  
uis autē ē Lusitania literas non habuimus,  
Indicē tamen instar omnium fuerunt, tan-  
taq; nos in Domino letitia perfuderunt, ut  
lachrymas gaudium excuteret, cū mira-  
biles Dei effectus cognosceremus: Ipse no-  
bis gratiam largiatur, qua non prospera so-  
lūm, verū etiam iduersa forti animo to-  
leremus. Omnis spes nostra in diuinā ma-  
iestatem conīcienda est, ut hac ratione vo-  
cationi nostre non desimus: nec tantis, tāj;  
eximijs Dei in nos beneficijs ingrati videa-  
mur. P. M. Melchior suis literis quoque  
multum nos recreauit. Nullus enim fuit  
nostrum,

nostrūm, qui ab eo literas nō acciperet: idē etiam Franciscus Rhodericus prestítit. Malaccenses præterea, quiq̄ Malum incolunt fratres, suis nos epistolis & exhilarauerunt, & de fœlici obitu Patris Alfonsi à Castro certiores fecerunt, addentes, quātum Pater Baltazar Diaz fructum prestítisset.

Anno 1558. omnes ad vos literas dedimus. yſḡ copiosam satis diuinarum laudum materiam suppeditatam arbitramur: eā tā mē nauē qua ferebātur, hoc An. 1559. perisse intelleximus. Res aliquantulū disimi liores nūc audietis, nec minus tamēcū nostræ professionis instituto conjunctas. Quæ igitur tū huius anni, tū clapsi in mentē veniet, dum in unā cōfero epistola, si nō satue ordine omnia prosequor, veniam dabitis.

Igitur ut à Bongi Ecclesia, in qua nunc omnes degimus, exordium sumam: in Collegio nouem de Societate versantur, cum nonnullis adolescentibus Iapanensibus, qui & nos iuuant, & Xenodochijs inseruiunt.

Hunc rerum domesticarum seruamus ordinem. Ante lucem ad horam primam, aut circiter signum ad meditationem datur, in

Ecclesia  
qua est  
Bongi.

Ordo vir  
ta.

O itij eaq̄

eaq; ad primum usque sacrum exercentur.  
Die proposito, peracto sacro, ad opus quisque  
accingitur, ali⁹ ad Xenodochium, ali⁹ ad pa-  
trium sermonem ediscendū &c. Ante prā-  
diū rursus ad actōrū discussionē in facellum  
conuocantur. Inter prandendum, vel cœ-  
nandum, Iapanicē aliquis concionatur. A  
prandio collocutiones de rebus spiritualibus  
instituantur, & aliquid adferitur in mediū,  
de quo tanquam themate, quisq; quid in  
Domino sentiat, reliquis auscultatibus ape-  
rit: obiter aliquid etiā ex regulis legitur: In-  
gens fratrū omniū studium est & charitas.  
Nec obedientia negligitur: imò ultra etiā,  
pænā ob male curatū munus, postulat. Dein  
ad opus iterū sese cōferunt, dum signo dato,  
ad cœnam vocentur. Post unam à cœna ho-  
ram in facellis cōueniunt, & litanys dictis,  
aliquis se flagellis cedit. Posthac conscientia  
discussio sequitur, multoq; cum fructu, &  
Iapanēsū adificatione hæc omnia geruntur.  
Eaq; omniū est diligētia, ut ne vel momē-  
tū tēporis sine fructu prætermittatur. Domi-  
nicis verò diebus ad Cathecumenos, et alios  
cōcionātur, quorū prim⁹ Ioānes Ferdinandes,  
duo vel

duo vel tria ex Euangelio rerum capita de-  
sumens, illa explicat, & colloquium de re-  
bus in nostram utilitatem à Christo factis  
instituens, finem postmodum facit dicendi.  
Hoc magnosanè concursu & fructu presta-  
tur, à duobus enim & tribus leucis homi-  
nes conueniunt. Qui verò remotiores sunt,  
pridie ad Xenodochium veniunt: nec dies  
est, quin multi adsint, sed Dominicis die-  
bus domum & templum replet: festis ve-  
rò solennioribus tanta est multitudo, ut ne  
portis quidem ablatis ita componatur, quin  
multi foris cogantur manere. Absoluto sa-  
cro, clara voce doctrina Christiana pronun-  
ciatur. Interdum etiam frater noster Lau-  
rentius, & Donatus sermones faciūt ad po-  
pulum: reliqui dum cibus sumitur, domi vi-  
cissim concionantur, ut iam superius ex-  
posui. Fratres nostri singulis Dominicus  
diebus Sacramentum Eucharistiae perci-  
piunt: Iapanenses verò aliij singulis die-  
bus sabbati constentur, aliij singulis men-  
sibus: Solennibus verò festis ad Sacramen-  
tum quamplurimi accedunt, quorum deuo-  
tio (ut ita dicam) magnam eximiāmque  
excitat

excitat admirationem. Dum enim confessionem patrio sermone recitant, soluuntur in lachrymas, ac tu multi vberiores fundut, cum venimus ad illa verba est: Domine non sum dignus &c. que Iapanica etiam lingua ab illis proferuntur. Non mediocri nos horum ardor animi pudore afficit, cum videamus biennes hos Christianos tanta pietate huismodi persevere, ut hinc vere deploranda veterum Christianorum tepiditatis occasionem habeamus. Die Louis sancto, supplicatio instituta est eorum, qui se a templo Flagella<sup>in</sup> Xenodochium usque continent flagellationes. cedunt, quod magno erga religionem zelo perficiunt: tamque ubertim illorum scapulis crux adharet, ut defricatis, dum lanatur, vulneribus, non minore dolore quam prius afficiantur: tantoque ardore ad hoc se parant perficiendum, ut nihil sit quod amplius desideremus. Singulis diebus Mercurij ac Veneris quadragesima, domi nostra sub vesperu pro themate concionis assumpto aliquo passionis mysterio, sermo habetur. Sub finem effigies exhibetur Crucifixi, & postmodum qui concioni intersunt, in templo,

in loco secluso, seiunctoque ab homini-  
bus, terga diuaricat, dum psalmus Miserere  
recitatur, magno ardore, multisq; cū lachry-  
mis. In maximam nos hi Christiani spem  
erigunt, quantoq; possit in illorum animis  
per Sacra menta Deus, manifestissimè cer-  
nitur, multaq; futurae salutis se produnt in-  
dicia, prater pueros qui morientes ad cœlū  
recta tendunt. Benedictus sit Iesus Rex glo-  
riae, qui suave ingum horum ceruicibus im-  
ponit, crudelissima illa demonis excussa ty-  
rannide.

Hoc anno post sanctum Paschatis diem  
P. Gaspar Vilella, fratrem nostrum Lau-  
rentium itineris sibi comitem adiungens,  
in montibus habitantes interuisit, & illo-  
rum confessiones audiuit, quibus per etat-  
em, vel graues occupationes huc venire no-  
licuit, & obiter aliquot Christianos effecit.  
Circum Bongensem ciuitatem quinque aut  
sex oppida sunt, in quibus magnus versatur  
Christianorum numerus. Cum autem non-  
nulli ad Ecclesiam venire nequeant, à no-  
stris inuisuntur. Aliquoties per annum ad  
illos concionantur. Si quando vero mori co-  
tingat

tingat aliquem, aut alicuius rei penuria laborare, illis quantū possumus, opitulamur. Superiore quadragesima Pater cum fratre nouem leucis ab hac ciuitate moratus, frumentum haud exiguum collegit. In principis viri domo aram habebat, quotidie sacrum peragebat, vesperi concessionabatur: tū litaniæ recitabantur flagris adhibitis, qui mos litaniarum recitandarū, & disciplinae perficiendæ diebus Veneris in hāc usque diem integer perseverat.

Lodouicus noster hominē à viginti iam annis decumbentem sanitati pristinæ restituit, quæ res Christianos non mediocriter erexit, ac in fide confirmauit, sit Deo laus. Prefectus illius oppidi nobis amicissimus est, & ad diuina percipienda aplissimus, quem sui multum pertimescant.

Bongi huius Christiani in more positum habent, dominicus diebus nunc in unā dormum, nunc in alteram, prout fortè contigerit, conuenire, ut de rebus spiritualibus inter se colloquuntur: qui ubi congregati sunt, ē domo nostra fratrem euocant, qui concionem illius diei illis in memoria renocet, ac tum

tū quisq; quid fructus ex doctrina proposita  
perceperit, rationē reddit. Quia verò apud  
illos hic mos receptus est, ut conuenientes  
ientaculū sumāt, offerunt unicuiq; patinam  
Misonsul, hoc est, orizæ & herbarū & aro-  
matū huius regionis, quæ mixta salicicera  
sunt, qui cibus in his regionibus lauitissimus  
est. Prīusquam autē cibum sumāt, ex illius  
dici Euāgelio frater ille noster aliquid pro-  
ponit, ut dum comedūt, de illo cogitēt. Ab-  
soluto ientaculo unusquisque quid Domino  
dāte senserit, explicat, quo perfecto, in pau-  
perum Christianorū usum eleemosyna col-  
ligitur, quibus non taniū est in bonis, ut cu-  
tarifunus possit, quod etiā Amangucci ob-  
seruatur. Duo hic Bongi loca habemus, in  
quarū una templū construximus, in altero  
verò ijs hospitium, quorum salus despe-  
ra ta est. E regione huius hoc anno 1559. in  
eorum gratiam aliud extructum est, ijs qui  
varij morborū generibus obnoxij sunt, ha-  
bet in medio constitutam aramq;. Pridie Vi-  
sitationis b. Mariae Virginis extrema ope-  
ri manus imposta est, ipsoque Visitationis  
die primum ibi sacrum celebratum magna

viii

omni Christianorum latitia, & concio habita: epulū etiā Christianis omnibus exhibitū. Cubiculum etiā ibidem exstruximus, in quo agrotorum medicus commorabitur, quod quidem opus concio perpetua est, quā magnū quoque Meacū audit, in quo totius Insulae Dominus versatur. Intellexit prae-

**Sacai V.e.** rea Sacai, Venetijs similis, & Bandou Academia, nec non ad aures etiam Fianzimamiliis,

**Bandou** peruenit fama (quā Bonzorū omnī pre-academia fectus incolit) huius Xenodochij. A vere in hoc usque tempus plures quam ducem i

**Fianzi.** ab omni infirmitate liberati sunt. Omnibus Pater aperit portam, concurrunt homines undique omni praesidio destituti, ac fauente Deo, vulcera, fistulae, quibus medicamenta non profundunt, curantur: qua in re noster Endonicus singulare a Deo acceptit donum. Huic open laborantibus Iapanenses detrahere nequeunt, quin postul mitescunt, cum vident corpori & anima remedium exhiberi. Quo tempore agros

**Donum.** visimus atque medemur, confluent milii, alij etiam adiuuat alij fidē suscipiunt, nā ut singulis hebdomadibus aliqui baptizenintur.

Ex

Ex magno ad nos Meaco Iapanensis quidam venit, quem P. Cosmas à Torres Christianum effectum, Paulum nominavit: qui non ita multò post agrotare cœpit, & morte feliciter cum vita commutauit. Magnis se penis, & quas vocamus mortificationibus affigebat: quasdam nos medicamentorum compositiones è Chincensi erutas voluminibus cōsicere docuit: faciles sunt, sed efficaces, præcipue in Tertianis & Quartanis febribus. Bongum Guillielmus Perera cū alijs agrotis veniens, eiusmodi medicaminibus valetudinem recuperauit. Christianorū eleemosynis, & mercatorum Lusitanorum opibus sustentatur. Rex præterea in annos cœfus ad trecentos aureos dedit, qui si pacem ciuitas habuerit, dabuntur. Fratres ( quos vocamus ) misericordie eleemosynas querunt, quibus viſendorum agrotorum cura incumbit, ut si qua re indigeant, suppeditet. Anus sexaginta annos nata ( Clara nuncupatur modo ) cui antequā Christiana esset, hoc incumbebat oneris, ut præcipuam Iapanensis insula partem circumiens, eleemosynas ad Idolorum tempia extriuenda, & instau-

Mors  
Paulila,  
ponis.

instauranda conquereret. Veniens Firandum, resque diuinās audiens, obnixè Christianam se fieri postulauit, quo impetrandi gratia Bongum venit, in qua nunc ciuitate sanctissimam cum duabus alijs viduis, quas in suā domum adsciuīt, traducit vitā: octauo quoque die confitentur, bis in hebdomade flagris se cædunt, labore proprio victimū queritant, pauperrimē viuunt: & quod miseris, ultra 150. aureos in usū pauperū expenderunt, aliasque eleemosynas in auxilium Xenodochij contulere.

Christianam fidem vir quidā amplexus est, quem dum ethnicus esset, mirū in modum cacodæmon exagitabat, qua ex re voluntas Christianam fidem suscipiendi profecta est. Michaelē nuncupauimus. Hero ipsius mortuo, collecti in unum locum Bōgi, funus curaturi, ut solent hi demonum ministri, connocata uniuersa familia, Pagodas suos, hoc est, Idola alta voce implorabant. Inuitarunt & hunc, idemq; ut faceret postulabant. Quibus respondit: Vitam mihi quidem eripere potestis, absit tamen ut tam turpiter vobiscum errem. Itaque in granis periculo,

periculo, quod ex eare imminebat, fortissimum se præbuit, contra ipsorum errores intrepide disputans.

Alter in eadem domo Christianus erat, qui aliquo modo reliquis consensisse videbatur, hic à dicto iam Michaeli asperius appellatus, facti pœnitens, in nostram se contulit Ecclesiam, ut pœnam pro cōmisso peccato peteret: & Dominico quodā die, dum sacrum peragitur, crudelissime, multoq;  
cum sanguine se publicè flagellis caccidit,  
que res summam reliquis Christianis religionem incusit.

Alter quidam, Paulus nomine, qui se in primis hebdomadae prioris spiritualibus meditationibus, in hoc Collegio nostro exercuerat, rogatus à Principibus viris Ethniciis, ut in quadam Idolorum festinitate vexillum gestaret, cum hoc nullo modo facere veller, minitati sunt, se eius donū disturbaturos illumq; perdituros nisi ficeret: ad h. s. diem latuit: quod ubi Rex intellexit, compescuit omnia. Habet Christiani Iapponenses hunc morē, ut omnibus de rebus, à Deo acceptis vendendo siue emendo lucrū

Poenitētia publica.

Alterius  
confratia

Decimo  
Christia  
norum  
vltronę

P faciant,

faciant, & huic partem in Ecclesia offrant. Quod etiā dum Ethnici essent, facere consueuerat. Vbi tēpestatem ingruere videt, qua domus demolitura, messimq; prostratura (ut interdum euenire solet) videatur, aut in alio quouis periculo se cōstitutos esse sentiunt, in Ecclesiam conuententes Dominum deprecantur.

In hoc bello q; An. 1559. praeſenti geritur, cum nulla iā amplius ſupereret ſpes P. Baltazaro, ut ex inimicorū manibus euaderet: ſiquidē in Phacata detinebatur, multi Christianorum hic collecti, statuerūt, ut ad illū liberandum proficiſcerentur: cumq; iam decruiffent inter ſe, impetus factō, in hostes irruere, diuina bonitati viſum eſt, ut eo tēpore clanculum pater effugerit.

Vilella  
Meacum  
abijt.

Pater Gaspar Vilella ad magnū Meacū missus eſt, ubi Iapanensis insula nobilitas versatur, & politia ſicubi eſt, viget, quod multo aniē tēpore ille deſiderauerat. Fratrē noſtri Laurentiū Iapanē ſem abduxit ſecū (hoc enim interprete in diſputationib. viteretur) acumine ingenij preſtantē virū, & in rebus gerēdis exercitatiū, qui nulli Iapanē ſium

sum in robustam diuinis, q̄ patrijs cedat.  
 Librū à P. M. Melchiore conscriptū, & in  
 Japanēsem lingua ab eodē Laurētio trans-  
 fusum unā detulit. Alij præterea duo his se-  
 comites adiunxerūt. Infinita sua illa misé-  
 ricordia Deus noster istorum oculos aperire  
 dignetur, ut erroribus intellectis, in quibus  
 nūc versantur, cœcitateq̄ perspecta, in co-  
 gnitionē sancte fidei nostra veniat. Multis  
 tū lachrymis, maximoq; desiderio profecto  
 obeūda sibi à S. obediētia iniūctā legatiōis,  
 Idib. Septēb. discesserūt: iamq; accepimus,  
 fœliciter appulisse. In singulos igitur dies no-  
 ui aliquid audire gestimus, earū qua ibidē  
 gerūtur rerū, & de dispositione regionis il-  
 lius, ad fidē nostram suscipienda, ut quod ad  
 maiorem Dei gloriam spectare vibebitur,  
 constituatur. Ut vero qua in Facata per  
 bella acciderint, significē, charissimi, spatiū  
 tēporis liberioris sumptū oportuit, paucata-  
 men breuiter perstringā. Facata Provinciā  
 est ampla sane & pradiues, mercatoribus  
 abundās, in planicie ad mare cōstituta, quo  
 ex omnib; huius provinciæ partib; homines  
 cōfluunt: quinq; dierū itinere à Bōgo distat, à

Facata  
describ  
ptio.

P Y Firan-

Firando 60. miliaribus, si mari iter agatur.

Anno 1558. post sanctum Pascha diem,  
Donum Rex nobis amplum terræ spaciū, idemq;  
Regis.

Templū  
erectum.  
Exercit  
tia Chri  
stiana.

optimum ad mare dono dederat, in eū me  
locum Pater abire precepit: & dū iam do  
mum, ac mediocre templū adificassemus,

eoq; in loco frater noster Ioannes Ferdinā  
des concionaretur, quos primos fidei rudi  
mentis informauit, baptizauimus, & con  
cio singulis diebus habita est. Postmodum  
ad horam de rebus in cōcione tractatis col  
loquuti sumus: tum doctrina Christiana ilc  
lorum patris sermone decantata, Oratione  
Dominica, Salutatione, & Symbolo, que la  
tinè docemus, exceptus. Vesperi litanias re  
citauius, dumq; omnia bene constituta es  
sent, ut in posterum ea obseruarentur, Gu  
bernator quidam Bongensis, de quo multi  
hominiū cernitur aduenisse, iubemur &  
nos in militiam proficisci, & quantum po  
tuimus, illius præcepto satisfecimus per sa  
mulos domus Iapanenses. Eo die victores  
fuere nostri. Nocte vero sequenti, Bongo  
rum aliquot ad inimicos literas dederunt,  
atque

et que oppidum in manus hostium tradiderunt. Praefectus in arcē confugiens, ibidem occisus est. Nos verò in medys noctis tenebris, cruce alijsq; sacris rebus in humeris sublatis, clanculum nos ad mare contulimus, Ioannem Ferdinandum cum aliquibus Christianis, Ecclesiae ornamenta portantibus schaphā cōscendere iussi, præcipiēs ut quamprimum Firandum peterent, ego una cum fratre Guilielmo, & alio Christiano Sylvestro nuncupato, & Lusitano, qui tum nobiscum erat, indicantibus ita expediē Christianis, Iapanensem nauem ingressi sumus, sex à terra miliaribus semotā. Nauis Praefectus qui nos recepit, quique & ipse ex inimicis erat, cùm sciret in suorum manus oppidū denenisse ad nos occidendos se parauit, sed mutata sententia, omnibus nostris expoliatis rebus: pecunia extorque-re volēs, nos armis circumsepiri iussit. Sepè conuenientes simul aiebant: si res istorum acceperimus, & viros abire permiserimus, id non sine nostro magno periculo fiet: si eos interemerim⁹, nihil pecuniariū recipiemus à mortuis, dū sic inter se consultatur in sin-

P ij gula

gula temporis momenta mortem expectātes ad illam excipiēdam nos apparabamus. Deū ut peccata nostra cōdonaret, deprecabamur. Nihil enim horum crudelitas spei nobis reliquum fecerat. Bonus Sylvester eius mentionem feci ) hæc omnia pericula cūm posset vitare, hortarerḡ ipsum, ut discederet, persuaderi nunquam potuit, quin extremum nobiscum diem subire vellet.

Sæpius in nocte multis illum plorantē lachrymis audiebam, crebrisq; suspirijs, quod de vita nostra illi decreuerant, deplorantē.

Iapanenses nautæ cum , ut abiret, innubabant, nosq; re-linqueret, quod nunquam tamē facere voluit. Quocirca facultates suas

**Gagino-** omnes amisit, quas secum habebat in nau, **ux mole** interula linea tantummodo relicta. Ibidem **stiz.** ad dies 4 substitimus, & ecce resciuerunt, qui Facata erant, negotiū hoc, tribusq; nauigij, armato milite plenis inimici ad nos venerunt. Quia verò id tantum quo operiebamur supererat nobis, Praefectum adorientes, bonā partem eorum que nobis absulerant, eripuerunt: ad nos deinde venientes, etiā uestes detraxerunt, ut subucula soluta

solum nobis fragmenta, ceteris ablatis re-linqueretur, licet frigus non decesset: per un-cias cibum nobis suppeditabant, eoque more nobiscum agebant, quo in Turcarum triremi-bus cum remigibus solet. Tunc nos his, qui-bus uehebatur, nauigij s'imposuerunt: dumque vehimur, volente Deo Domino nostro, à Pri-mario quodam viro agnitus sum, qui mihi femoralia, & pallium dedit, nonnulla etiam socijs. Appulimus tandem in Facata por-tum, quo in loco innouata crux est, milites namque rixari cum nautis cæperunt, preda parte postulare, ac ibi rursus ad littus mul-tis confluentibus vestes nobis datas detra-xerunt, rursus nudos nos relinquentes. Se-pius ensibus et hastis irruebant, ut occisiuri, alijs ut colligarent potius, & in carcere re-truderent. Ex horum manibus nos alijs eripie-bant, pecuniam sibi dari postulantes. Breui-ter in nostra pernicië infiniti conuenerant, alijs occide, clamabat, alijs in frusta cōcide, di-centes: hi regionum pestes sunt, hi regna perturbant, alijs alia. Dū itaq; inter barbaras manū detinemur, en nobilē virū, q; stricto anse locū sibi pecuniae demonstrari postulabat.

P iiiij Ego

Ego vero, nonne vides, inquam, nos esse nudos, ac nihil habere reliquum? quare quod non habemus, petis? Interim noster Syluester (de quo iam dixi) ciuitatem ingressus, ad quendam Christianum Ioānem nomine abiit, inimicis notissimū, nostram afflictionem narrat. Ille magna festinatione ad nos venit, quatuor secum defert uestes, homines abire iubet, nos eduxit, à morte imminente eripit. Dum hæc sunt, ne occideremur, edictum est. Bonus Ioannes vestitos nos ad se deduxit, & si quod erat preterea necessarium, suppeditauit: securioresq; sua industria effecit. Namq; gubernatores adiens promisit multa, aliqui etiam dedit. Quoniam vero frater noster Guilielmus in militis cuiusdam manus deuenerat, & à nobis diuulsus fuerat cum alio etiam Christiano itineris nostri comite. Huius rei Ioānem commonefeci, ipse statim hic illuc discurrens, tādem inuenit, redemit utrumq; viginti aureis nummis, ac secum ad nos deduxit. Decem ibi diebus substitimus. Cum autē domus esset negotiationis & à multis frequentata, in alterius Christiani domum

dormum deducti fuimus, ubi securius aliquid lateremus: atque hic dies so. hereo: libello horario carendū erat, ceterū Ioannes & hunc quæsuit, redemitq;. Ad tres mēses, in his laboribus & discrimine alijsq; incommodis multis, quæ ipsi colligere per vos potestis permāsimus, quotidie mortem expectantes vite nondum planè securi. Quare per Christianos fuga nobis explorata est. Dumq; ad fugam necessaria comparantur, per literas intellectimus, Lusitanorū nauem unius diei itinere à Facata tantum abesse, quod nobis maioris periculi causa fuit. Cūm primum igitur effugiendi oportunitas aliqua daretur, fugam aggredi decre-  
uimus. Fugimus autem hoc modo: Mulie-  
rum vestibus induimur, quæ totum tegunt  
hominē, ut oculi tantummodo videri possint.  
Deo Domino nostro placuit sic fugam ordi-  
nari, ut nullus Christianorum, vel minimū  
detrimentum pateretur: quamuis illum ini-  
mici molestauerint, qui nos excepit hospi-  
tio, quod ex eius literis cognouimus, & Dei  
misericordia Facatam Regis Bōgensis im-  
perio subditam esse, trucidatis inimicorum  
ducibus.

Fuga  
Gagi.

ducibus. Fama est eos qui supersunt, exitum  
eundem sortituros. Speramus nos quam ci-  
tissime templū restauraturos esse. Sed ut ad  
fugā redeam: non solum Christiani, verū  
Regis, po-  
biliū Gē ipsi quoque Ethnici, maxima ob nostrā fu-  
tilium & gam voluptate affecti sunt: inter ceteros  
Christias Bongensis Rex & alijs nobiles modum que-  
norū ob Gagi eua euasimus intelligentes plurimū letati sunt.  
fionēles Ego ad P. Cosmam Torres literas dedi, qui  
titia.

equum ad nos misit. Multi preterea Chri-  
stiani ad decimum octauum miliare ob-  
uiam profecti sunt, à quibus ingenti letitia,  
ac voluptate excepti sumus. Inde Bongum  
usque in singula penē miliaria Christiano-  
rum plurimi operiebantur, ut congratularē-  
tur atq; comitarentur. Diuersa ciborum ge-  
norū adferebant, & fructuum, nos in opaca  
quædā loca deducentes tanto gaudio, ut se  
ipsos capere non possent, alijs præ gaudio col-  
lachrymantibus, alijs in cœlum manus eri-  
gentibus, ut laudarent Deum, illiq; gratias  
agerent, pro collato in se beneficio, quod ora-  
tiones exaudiisset, ac de periculo, quo nos  
Dominus Deus noster liberasset, in via idē-  
tidem loquentibus. Cogitare facile potestis  
Charissi-

charissimi, quantā animo ceperimus voluntate, nō tantum quod tali periculo, ac vita discriminē crepti essem⁹, verū etiā quod tanta charitate inflammatos, gestiētesq; nouos Christianos videremus. Sit ille benedictus Iesus, qui in remotissimis partibus nouos suos filios promouet, accenditq; diuina sua charitate. Tam multas operientium turmas cūm videremus, præteritos labores non reuera subiisse, sed potius somniasset videbamur. Pueri cum matribus infantes gestantibus, ciuitatem egressi, nobis obniam procedebat, ut nostro aduentui gratularetur. Certe Charissimi, hoc mihi persuadeo, Imperatorū triumphos cū omnibus suis pompis & apparatu, dū ē prelio victores reuertuntur, cū minima latitiae nostra partecopiarari non posse. Verè charissimi, pro Christo labores susciperre, magnam adfert consolationem, verè servire Iesu, regnare est. Firandici Christiani, ut primum saluos nos aduenisse intellexerunt, magnam ad nos supellestilem Bongum attulerunt: Orizam, farinam, carnem suillam, pisces, oua, sal, mensas ex argilla Sinensi confectas, lances, amplias & paruas patinas

Christiana  
na cōgra  
tulatio  
riūphis  
potior,

Christia  
nus labor  
suauissi  
mus.

patinas, vestes, pannum, lingna, nummos.  
Res familiaris tata fuit, ut nobis rursus ab  
inimicis fuerit timendum.

*Cur Gen  
tiles a<sup>2</sup>  
deo seue  
rit in res  
Christia  
norum.*

Tantus fuit inimicorū impetus, hostium  
furor tantus, ut exusta domo, destructo te-  
plo, ipsam quoque terram exportauerint,  
puteum obstruxerint, affirmantes nos de-  
structionis ciuitatis causam esse, cum nun-  
quam tale quippiam post adificatā urbem  
Facatam cotigisset. Vir quidā nobilis Chri-  
sti sacris non solum iniciatus, verū etiam  
rerum diuinarū satis peritus, vidēs quam  
periculose inter Ethnicos versaretur, saluti  
sue cupiens esse consultum: non paruis an-  
nus prouentibus relictiis initio quadrage-  
simae anni 1559. Facatam venit, in tem-  
plo assiduus egit, & in meditationibus spi-  
ritualibus se illo quadragenary ieiuny tem-  
pore exercuit. Filium Goam mittere decre-  
uit ad nostros. Qui annuos redditus viro  
hunc Christiano dederat, unus erat illorum  
qui Facatam expugnārant. Hic igitur cùm  
dolore acerbissimo excruciatetur, quod se  
relicto, Christo seruire vellet, cùm guberna-  
toribus, ut Christianum hunc interficeret,  
egit.

agit. Ille rerum ignarus, dum iret semel in palatium, eoque ubi occidi constitutum erat, venisset ab aduersariis inuaditus flexis vero genibus, oculis manibusq; in cælum sublati, extremum reddidit spiritum, optimi Christiani prabens argumenta quam plura. Toto illo tempore quo in Ecclesia moratus est, Quadragesima nemo, nunquam ciuitatem egressus est, aut domum suam rediit. Die autem Iouis, D. Dionisy festo coram sanctissimo Sacramento orationem de Christi passione, memoriter non solum habuit, sed quæ tractabat mysteria probè intelligebat, cum humanae reparationis beneficio, quæ interdum tanta deuotione & oratione dixit, ut non parvam nos in admirationem raperet. Postmodum magno ardore animi se publicè afflixit, confessus est, ac Resurrectionis die Sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi percepit. Atque illo quo iam dictum est modo, extremum actum vita sua clausit. Vxor eius cum liberis admodū Christianæ viuit. Tanta rerum inopia premitur, ut ex collegio nostro illi sint necessaria suppeditanda.

De Fi-

Vir nobilis Ghristi nomine, fortiter occubebit.

De Firandico portu, ad quem Lusitan  
Mercatores appellerent consueverunt, multa  
sunt, quæ possem scribere. Firandus comi-  
tatus est, in quo B. Pater M. Franciscus X.  
uierius nonnullos Christianos efficerat, qua-  
messis aucta semper est, ita ut anno 1557,  
dum ibi Gaspar Vilella duos menses agit,  
nobilis vir, & 4. oppidorū Dominus, que 9.

**Principis**  
**cōuersio**  
**cum 1550**  
**suis.**

tantum aut 12. miliaria Firando distant,  
Anthonius dictus, anno 1558. postulante  
Patre, clientes, ac seruos nonnullos Christia-  
nos effici curauerit, suosq; omnes, tam uxo-  
rem quam liberos, quorum numerus plus  
minus 1550. erat. Ipse cum Patre per op-  
pida discurrens, hortabatur suos, ut in fidem  
Christi concederent, & paſſim Idolorū pha-  
na disturbauit, Christo tēpla erexit, in iſq; si-  
sancta crucis imagines constituit, & vt  
opus omni ex parte Christianum esset,  
Idolorum statuas ad unam omnes confla-  
grare iussit: siquidem & Bonzi vitam

**Templo**  
**Christo**  
**dicata.**  
**Bonzi**  
**conuersi**

Christianam suscepserant. Dum hac om-  
nia ex animi sententia geruntur, demon  
per Ethnicos & Bonzos in hoc regno Ida-  
lorum ministros, & præcipuos dominos,  
tumultum

tumultum excitauit, unamq; ex crucibus,  
quam Firandi collocaueramus dissecuere:  
& in rerum sacrarum ignominia, imagi-  
nes, altaria, templumque demolientes, Pa-  
trem eiecerunt, nec conciones haberi, nec  
Christianos, aut alios quos necdum bap-  
tizaueramus, in fide instrui passi sunt: coa-  
ctusque Pater est Facatam proficisci. Sic  
derelicti Christiani Firandici per literas  
significârunt, ut quandoquidem eo in lo-  
co nostri esse non poterant, saltem vir pro-  
bus aliquis, in rebus fidei bona versatus  
potestatem haberet, pheros baptizandi:  
quod eis facile concessum es. Cum ex li-  
teris vestris intellexisset, ad Deum  
Dominum nostrum, beatum P. N. Ignatium  
concessisse, & Goenses etiam funue-  
curasse: voluimus & nos in nostra aegesta-  
te idem officium Patri nostro exhibere.  
Collectis igitur Christianis, iusta soluimus,  
missâsque celebrauimus, preces ad nouem  
dies fudimus, tam pro illo, quam charissi-  
mis nostris Patre Francisco Henriques,  
P. Nicolao, & Maluccensibus. Magnum  
nobis Charissimi, hac cogitatio addit an-

mum, quia in cœlo Patrem nostrum esse existimam⁹, unde multò præsentius, quam à Roma nos miseros videre poterit, in verbo diuino sparsos filios contemplatur.  
 Ora igitur Pater pro nobis. Sacra sacerdotes fecerunt, quisque Fratrū 7. Psalmos recitauit, ut eiusmodi semper Dominus Societati Pastores adhibere velit, qui illam gubernent ad maiorem ipsius gloriam, & animalium fructum: utq; nonne hæ planta augeant, ac fructus procreant spirituales, quo diuina Maiestas à suis creaturis laudetur, ac thesaurus præciosissimus sa-  
 guinis Iesu Christi in hac etiam Ægypto ad eius gloriam expen- datur.

Datae Bongi Kal. Nouemb.

Anno 1559.

Ex commissione P. Cosmæ à Torres.

Seruus inutilis in Domino.

Baltazar Gago.

EX

EX EPISTOLA P. FRAN<sup>S</sup>  
cisci Vieræ 18. Feb. scripta

An. 1558.

**S**i in has regiones Patriarcha mittatur,  
meminerit secum commeatū, quātum  
satis erit, deferre: ut hinc in Iapaniam  
trajciat. Distat enim, si tabulis Geographi-  
cis credimus, 1650. miliaribus: Inde & ex Iapanie  
Sina, quæ ei ex aduerso sita est. De pane no-  
bis prospici, & alijs quæ requirit rerum Ec-  
clesiasticarum, & infirmorum usus, potest.  
Pane enim hic vescendum est ex medulla  
quarundam arborum confecto, qui vires no-  
conseruat, sed minuit, ut & aliarū rerum  
necessariarum penuria.

Ex arce Ternatensi.

EX EPISTOLA P. AN<sup>O</sup>  
THONIJ QUADRI PRÆPOSITI PROUINCIALIS  
INDIÆ AD FRATRES CONIMBRICENSES.  
scripta mense Nouemb.

Anno 1559.

**D**E Iapania nihil noui: annus enim  
est, à quo nihil inde redditū est lite-

2 varum

varum, nec mirum in tanta locorum dista-  
tia, & navigationum periculis, ob quaē  
tardius nauigari solet, nec nisi aliqua ur-  
gente necessitate. Interea inuidia sancta,  
bac inuis-  
dia labo-  
rent mul-  
ti.

**D**iuina  
consola-  
tio Euās  
gelizan-  
tium,

**P. Xanier**  
in Iapa-  
niam E-  
uangelio  
viā ape-  
ruit.

memoria dilectam, propter quam etiam tan-  
tos tulit labores, nō vanos quidē, cūm ad-  
huc viuiss tam insignes retulerit fructus,  
tamq; effeceris, ut filijs suis (qui paulo pōst  
ipſi in hanc prouinciam successimus) via non  
solum ad eam conseruandam, verū etiā  
Dei auxilio, atque ipſius intercessionibus,  
donec ad summum excreuerit, amplifican-  
dam, patefacta sit.

Gor.

EN

## EX LITERIS P. BAL,

tazaris Diazij ad Prouinciam Indiæ

3. Decem.

Anno 1559.

**S**ignificatum mihi est, Cätaoni, quæ est  
celebris Sinarum urbs, amplius 6000  
Maurorum in Idololatriam Gentis  
consensisse. Quæ Mahumetismo enim rela-  
buntur, remigij mancipari.

Mauri su-  
unt Idos  
lolatræ.Pēna res  
Iapionū.

Malacce.

## EX EPISTOLA LVDO-

uici Froisij 6. Idus Decemb.

scripta. 1560.

**I**n Iapania P. Baltazar Gagus nō semel  
immineniem iugulo gladium expertus  
est, aliquid dies unā cum fratre Guiliel-  
mo nudus multa tolerans: grauiores etiam  
pro Christo iniurias perpetiens transegit.  
Sed Christiani postmodum Guilielmum  
redemerunt: Gagus verò non sine ma-  
ximo vita periculo evasit: ad quem e-  
tiam retrahendum satellites suos dæmon  
29 incita-

incitauit furore, rabieq; correptus, propter  
tot animarum salutem, quas dū nostri cō-  
serunt, & colligendis Euangelijs fructibus  
sedulo nuant operam, ex immanissimis  
ipsius fauicibus eripuerunt Firando, quo in  
locō etiam ad duos menses Gaspar Vilella  
<sup>200: Ba</sup> p̄izati. cōmoratus 300. Dei gratia effecit Christianos,  
ac tria Idolorū phana in Dei veri tem-  
pla conuerit. Nunc verò Meacum profe-  
ctus est, in maximam spē erectus, ut quam  
plurimos Christo lucrificat, sicuti ex ipsius  
literis cognoscere poteritis. Frater noster  
Gonsalus Fernandes, qui ex Iapania hoc  
anno ad vos venit, ut in societatem admit-  
teretur, inter alia quæ ad diuinū honorem  
spectant, tale quippiam narravit. In Iapa-  
nia haud ita pridem, quod in Iapanēsibus  
literis relatum nō esset accidisse, post exci-  
tam in nostros Bonzorum rabiem, quos e-  
tiam expulerant, ne tam multi ad Christi  
fidem conuerterentur, ut sibi narrārunt pri-  
mates quidam viri Firādici. Cūm primitum  
Christianī sine Ecclesia & sacerdote se esse  
animaduerterunt, qui doctrinam Christianam  
deinceps doceret, pro recepta consue-  
tudine

tudine diebus singulis mane & circa vesperam ad crucem in monte longè à ciuitate positam accedunt, ibi fusi ad Deum precibus negotia sua ac salutem ei commendantes. Tum Ethnico cuidam fuit Christiana mulier serua, quæ unâ cum alijs ad Crucem venerandam proficisci ebatur: cui Dominus, ne cō pergeret, ut antea non solum prohibuit, verum etiam denuo ad Ethnicam fidem minis ( si quid potuissent ) impellere studuit summoperè. Verum constanter heri malitia restitit, dicens nō ideo legem Domini nostri I E S V Christi à se suscepit, ut eam protinus dimitteret, ac vacua omni numine Idola veneraretur: minis tamen improbus, ne ad sacra Crucis locum iret, non destitit. Cæterum beatum mancipium cum verba quantumvis minacissima parui facienda esse existimaret, atque ut primum per tempus licuit, Christianis reliquis se adiungens, consuetum adorandi, & erandi modum ac tempus servauit: resciuit Ethnicus, furibundus redeundi illi occurrit, strictoque ense mulierem aggressus, caput à seruicibus auulsi.

Mulieris  
constan-  
tia.

Illa vero constantissimo animo, & à tyranno mortem suscepit, & in Angelorum societatem, regnumque cælorum parto triumpho (ut confidimus) concedit.

Gœx 6. Idib. Septemb.

Anno. 1560.

**E**X EPISTOLA GASPARI  
Vilellæ, Societ. Iesu sacerdote, Meaco  
missa ad suos fratres 17. Aug.  
An. 1561.

ARGUMENTVM.

**N**arrat quomodo inter navigandum deficiente vento, g̃t̃iles culpam in Christianos cōuerterint, in mare præcipitare voluerint, & à societate itineris excluderint: Sequitur Saquaiæ descriptio, ex Fionoiamatano mō; te Meacum profectio: Bonzorum superbia & malitia: Incolarum bona & ad percipientias litteras nata īdoles. Gratia Domini Meacensis fruuntur, tamē si seditio oriatur, Bonzis populum contra Christianos concitantibus: Vnde ad paruum oppidulum cedunt, post Meacum reuersis, templum Christianis extruitur: securitas datur. Narrantur inde clusiones dæmonum, festa, supplicationes vagiæ, & falsa miracula, additur Saquaiæ & incolarum descriptio.

ANNO



N N O 1559. Bongo vobis  
 in Christo charissimi, à me  
 scriptū esse memini, quomo-  
 do pro ea, quā religioni de-  
 beo obedientia, in procinctu  
 ad eundū Meacū constitutus essem: si forte  
 illic Christi fidem patefaciendā possem ex-  
 ponere, ad eam enim urbē imprimis mitti  
 oportere visum est, quod ab hac Iapanum  
 religio potissimū pendent, quodq; sectarum  
 hæc omniū quasi sōns sit & receptaculum. Meacum  
omnium  
sectatum  
sōns.  
 Recepseram tunc quoq; scriptarum me vo-  
 bis, si quid scitu dignum, tū in itinere, tum  
 in ipsa ciuitate contigisset: Imprimis au-  
 tem si quæ diuina bonitas dignata fuisset in  
 gentibus ad suam fidem conuerstendis ope-  
 rari. Superest modò ut acta promissis respon-  
 deant, & in omnibus laudetur Christus  
 Dominus noster, omniū bonorū auctor &  
 largitor: & aliquā consolationem capiantur.  
 Scio enim Dei honorem vobis cordi & vo-  
 lupe esse. Id quoque mihi accedet commo-  
 di, quod hæc legentes, ad communem  
 Dominum & pium Patrem nostrum pre-  
 ces pro me indigno fratre vestro, in tam

2 iiiij barba

barbaris & remotis à vobis procul regionibus agente, dicturi sis.

Bongo itaq; societatem gentilium Mearcum tendentium nacti, cum Laurentio I<sup>o</sup> pane soluimus: quem ideo mecum duxi, quod præclaris virtutibus præditus, et quasi frater noster: facundus, & in hisce regio-

Dæmō so  
cietat, fra  
tribus in  
navigatis  
one mo  
lest' est.  
nibus bene versatus esset. Multis inter nauigandum, nos oneravit & oppugnauit molestijs, impedimentisque demon, quibus profectionem hanc suo fructu defraudaret, veritus, sua curante & felicitante Deo, id quod male metuebat, eueniret.

Primo igitur die, adeo ventis destituimur, ut nihil planè proficere videremur. Quare gentiles emendicandam ab uno quoque eleemosynam idolo suo decernunt, ut ventum concedat suis deuotis prosperum.

Discurritur ad singulos, ad me venitur: Ego verò me cultorem fateor Dei Creatoris cœli, & terre, in ipso solo confidere, & spem omnem collocasse, & ob id non posse me clæmosynam elargiri illi, cuius nomine petebatur.

**Idololat**  
**eræ i vi** *Hic omnes furere, magnog in me impeta  
insur-*

insurgere, me causam totius mali dicere, lllam ve  
 mea factum culpa, quod vento destitueren- rū Deū  
 tur, in mare precipitandum scelus vocife- confiērō  
 rari. Hic ad unicum quod mihi supererat insurgūt.  
 confugio diuinum auxilium. Iam serus ve-  
 sper erat, id vehens boni, quod tenebresce-  
 ret: sequentiq; die vento exurgente, furores  
 placarentur. Sed en noua pericula, dum in  
 portum quendam, qui sese offerebat, nauigare tentant. Contrarius oriuit ventus, quo  
 retro agimus, & toti 4 perierant dies, cum  
 rursus sibi persuasere, me huius rei causam  
 esse, verbis gestibusq; significantes malum  
 quo nos multare vellent. Sed Deo protec-  
 tore tuti fuimus, qui nihil eorum qua mina-  
 bantur, inferre permisit. Tandem cum  
 ventum esset ad portum quendam, ubi vē-  
 torum defectu ad dies 10. hærendum erat,  
 habito consilio sententiam dicunt nullomo-  
 do me ab ipsis socium itineris adsciscendum  
 esse: rogantq; nauis prefectum ut me nauis  
 exire iubeat. Obtemperandum erat barba-  
 ris: verū cum nulla alia esset nauis, ad  
 Prefectum redeo, rogās ne me ob Dei amo-  
 rem desereret: Is (Deo hominem flectete)  
 omnis-

Nave pel-  
 lendum  
 suadent.

omnibus reclamātibus & inuitis, me in nā  
aē recepit, & ad portū 12. leucis distan-  
tem transfexit, ubi omnibus mutanda na-  
uis erat, cūm nostra ibidem remanceret.  
Sed itineris comites omnes tam suavis con-  
sortij memores, non parum nomine meo  
laboris suscepere, per omnes discurrendo na-  
ues, ut nautis persuaderent, ne quis me in  
suam nauim admitteret: atque hanc egre-  
giam mihi nauarunt operam, ratione etiam  
addita, se toto illo, quo cum ipsis fuisset  
tempore, prosperum ventum non habuisse.  
Atque hoc modo ceteris soluentibus, so-  
lus remansi. Sed Dei prouidentia factum  
esse confidimus, ut & alia nauis appelle-  
retur: & dum ea vehimur, secunda ad-  
modum fuerit nauigatio. Aliae verò que-  
nos ut piacula reiecerant, vel procul à tor-  
go relictæ sunt, vel in piratas inciderunt.  
Quodā in portu tamē aliquot ex ijs, qui tā  
vehementer primō nobis erant aduersati,  
offendimus nihilo mitius erga nos affectos:  
qui tum etiam eadem contentionē apud  
nautam egere, ne nauī nos reciperet: erat  
enim Saquiam soluturus. Et quidem ef-  
ficissent

ficiissent aliquid, nisi Deo placuisset omnia impedimenta rescindere. Itaque ipso die qui diuino Luca sacer est, quo optaueramus dudum, venimus: quare ipsum Evangelistam in diuum tutelare prouincia, & omnium actionum nostrarum delegimus.

S aquaia magna est ciuitas, multos & potentes habet mercatores. Res publica ut Vettio. netorum libera est, & à Senatoribus gubernatur. Aliquantisper hic hasimus, virium reparandarum gratia, quas per labores ante actos nonnihil attrivueramus. Dein montem illum magnum Fionoiam atannum petimus, quod nostra legatio potissimum instituta erat. Relicta itaque Saquaia, confectoq; paucorū dierum itinere, ad montem illum ingētem venimus, cītra Meacum miliaribus octodecim situm. Adiacet ei regnum quoddā, cui imperat. Ingens quoq; lacus ad pedem montis 90. miliarium longum latum vero 18. in quem plurima flumina sese exonerant, ipsumque consciunt, quantus quantus est. Piscibus abundat. Castellum quoq; quod ad montem pertinet, ad ripam habet.

S aquaia  
descrip-  
tio.

Fionoia-  
mata.

Lacus  
90. leuca-  
rum.

Ipse

**Ingenz  
monaste  
riorū nu  
merus.**

**Bonzi cæ  
teris sus  
perbio  
res.**

**Senex  
hic ani  
morum  
immorta  
litatem  
credit.**

Ipse vero mons centum ornatui monasterijs: olim ferunt mille trecenta fuisse, quæ ob bella continua deleta sunt. Religiosi sunt Bonzi diuersi generis, inter quos superbia regnat magis quam in ceteris hominibus. Alij indigenæ qui in monte habitant, ad literas non sunt inepti: qui si reiectis bellis, pacem colerent, & Christiani efficerentur, multum illic litere florerent. Cum ad montem venissemus, tenuimus si quis verbum Dei audire vellet: & inter tam numerosam religiosorum ceteruam, unum duxit at senem vidimus, virum sanè grauem, (nomē ei erat Deyboo) cui cum discipulis aliquot quos habebat, que à nobis de uno Deo, rerū omnium Creatore, animaq; immortalitate dicebantur, probata, aut certè non ingratia fuerint. Propius itaque accedens senex, in aurē mihi dixit: Etsi Iapaniae leges contrariū astruāt, nihilominus optima sibi omnia videri, potissimum que de animorum immortali vita dissuissim: palam tamen se non andere hac profiteri, ne ab alijs Bonzis trucidaretur. Quare se à nobis proripiente, Meacum nos contulimus, peruenimusq; co sub

Sub hyemem, nec quenquam urbem circū-  
uagates inuenimus, qui nos sub tectum re-  
cipere, itaque casam humilē conduximus.

Me acum magna est ciuitas, non tamen  
tam ampla quam olim fuisse fama est: dicūt  
enim ad septem miliaria protensam, trium  
in latum fuisse: montibus prealtis circūda-  
tur, ad quorum radices multa & magna  
monasteria ex omni parte visuntur: multis  
edificijs antiquitus exornata, redditibusq;  
amplis dotata: que tamen cum ipsa ciuitate  
bellis & exustionibus exagitata, sèpè dir-  
utas sunt: tantumq; iam ab antiquis distat,  
quantum à veris somnia. Regio in qua sita  
est urbs, frigida est admodum, proximè ad  
polum vergens, nihibus assidua, lignorum  
inopia, sylvis, anteactis bellis, vt fit, absum-  
ptus, vicitus, alimentiq; non ita ferax, unde  
vulgo ratis vescuntur, radicibus, lactucis,  
pomis, leguminibus, melle. Vrbē ipsam po-  
lyticam admodum fuisse asserunt & res ip-  
saloquitur, sine artes ipsas, sine etiam reli-  
gionem consideres. Hinc enim, & ex mó-  
te leges omnes Iapaniæ ortum habent, &  
ad alios etiam transferuntur. Hic etiam

Vilella  
à nullo  
hospitū  
exceptus  
Meaci vr  
bis deli-  
niatio.

Variamo  
nasterij  
redditi-  
bus am-  
plis do-  
tata.

Meacus  
regio.

victus  
ratio.  
Meaci  
politias

Religio-  
nis Iapa-  
niæ fons.

primates

primates & Principes degunt.

*Vbi aliquantulum in nostra casula nos colligissemus, Deoq. commēdassemus actiones nostras, & suscipiendos labores, viile visum est predicationis nostra munus aggreedi. Accessimus itaq; primo urbis domi-  
nū, fauorem eius implorantes, quod & ase-  
cuti sumus. Cruce itaq; manu assumpta, cæ-  
pi omnibus, qui in domo erant, legē Christi  
proponere, tantusq; subito populi factus est  
concursus, ut mirum videri potuerit. Alij  
confluxere rerum nouarum audi, alij ut  
nos ludificarent, alij ut doctrinam nostram  
irridicerent. Multi quoq; Bōzi adfuere, quo-  
rum interrogatis satis factum est. Cumq; no  
possent rationes nostras dissoluere, tantus  
rumor per uniuersam urbem sparsus est, ut  
vix domus esset, in qua non fieret nostri  
mētio. Quidā demonis doctrinam me pro-  
fiteri aiebāt, & Bōzos recte de ea iudicare.  
Bonzi verò à malis toti occupati spiritibus  
per plateas & vicos passim populū publicè  
& priuatim incitabāt, legem Dei impio ore  
damnabant: Multa etiam affingebant men-  
nequitia, dacia, nos carnibus vesci humanis ductita-  
bant,*

Fauor  
principia

Concio  
ad Mea-  
cenſes.

Bonzi  
victi;

Bonzi

bant, reperta ossa esse humana apud nos, alij  
demonem me vocabant humana carne in-  
ditū, deniq; vicini, & totū plateā hortabā-  
tur, ut communi opera me pellerent: hospiti  
etiam obijciebant, ipsum masculi animi ni-  
hil habere, qui me subito domo nō exigeret.  
Nō tulit ille, qui paret horiatibus, neq; illicò  
excedere domo iubet. Verū cūm nō obtēpe-  
rarem statim stricto accurrit gladio, ut oc-  
cisorus, periculo sese exponens, ne publicè,  
qua istorum lex erat, vel ipse de se suppiciū  
sumeret, vel à Indice, cūius est animaduer-  
tere in fontes, aliōne plecteretur. Verū quia  
maximā ignominia notā incurrit, qui ob ho-  
micidiū hic occiditur: honori suocōsulēs, sibi  
met ipsi necem cōscinuit. Existimare fratres,  
quo fuerim animo, cū strictus gladi⁹ iugulo  
immineret: sane aliud sensi esse morte me-  
ditari, aliud ipsam ob oculos positā, iā quasi  
persentiscere: ortum enim sensi ex periculo  
non nihil timoris. Rē apud me dū cōsidero at-  
tentius, visum est, nō inutile fore, si vita  
mea adhuc prorogaretur, ad legē Dei Meaci  
propagandam: Vnde uniuersa Iapania, quo  
ad religionē, pendet. Ergo ad Dēū cōuersus,  
cūm

cum alium cōsiliarium haberem neminem,  
 diuina eius prudentia omnia committens,  
 baptizatis in ea domo primitijs Iapanen-  
 sium, ad tempus furori cedens Bonzorum,  
 abij ad oppidulum quoddam nullis muris  
 cinctum, frigoribus tum ob id admodum  
 expositum, tum quod iam Ianuarius age-  
 batur, cum densissime decidissent nubes,  
 quo tempore frigus solet esse acrius & mo-  
 lestius. Itaque ad pacientiae arma configi-  
 dum fuit, transgimusq; tempus, et si cum  
 magna molestia, non tamen sine fructu, Deo  
 subiit solarium adferent, cum ad verbum  
 Dei non solum conuenirent, verum etiam  
 fidem Christi amplecterentur, nunc 15. nūc  
 viginti, nunc plures: occulte tamen, eò quod  
 ab amicis & parentibus parum habentur  
 viriles, si qui peregrinam Christianorum  
 legem omissa patria sectentur, sed ut viles  
 & abieci reiciuntur. A vicinis quoque  
 villis, montibusq; multi ad verbum Dei  
 audiendum accurrerunt, nec pauci fidem  
 amplexi sunt, cæpitq; numerus electorum,  
 & Dei Ecclesia non parum augeri: & quā-  
 uis ad omnes labores, imò & ad profundē-  
 dam vi-

Vix viri  
 modò ha-  
 bentur &  
 tiā apud  
 nos, qui  
 perfecti  
 Christā  
 sectātur.

dam vitam pro Christi gloria, semper me  
 hactenus senserim paratum, totumque  
 ipsius diuina maiestatis laboribus, omni  
 tam propemodum timore expulso, liben-  
 ter quantum in me est impendam, indies  
 tamen Dei gratia accrescit animus, spe  
 etiam de Bonzorum conuersione non pa-  
 ua concepta: quorum furor quotidie magis  
 magisque remittitur, tameisi à minus, ma-  
 ledictis, murmurationibus, me absente, non  
 se abstineant: imo vero id etiam tentarunt,  
 & effectum tandem dedere, ut conuocato  
 consilio oppidi, statueretur, ne cui potum ab  
 hospite meo emere, dum apud ipsum agere,  
 liceret. Quare mihi sapè ut abirem, impe-  
 rauit, alys etiam ad id dicendum missus.  
 Verum is precibus meis definitus, morari  
 ad tres menses me est passus, interea labo-  
 res, frigora, morbos patimur, sed non mino-  
 res, imo maximas consolationes frequēs eo-  
 rum, qui ad fidē amplectendam conuene-  
 runt, nobis Dei fauore attulere. Sub astatem  
 Me cum repety, inuisurus ciuitatis domi-  
 nū, rogaturusq; facultatiē, ut in ea habitare  
 mihi liceret, quod etiam post impedimenta

R. VARIA,

Princeps  
Meaci  
edicit, ne  
quis euā  
gelio sit  
impedi-  
mento.  
Meaci  
primum  
templū.

Alia per  
secutio-

varia, & multorum obloquia tandem con-  
cessit, non solum verbo, sed etiam scripto, e-  
dicēs, ne quis sub pœna capit is nos laderet,  
aut attentaret impedire. His literis habitis,  
remittere se & cōpere persecutio[n]es, et Chri-  
stianorum numerus crescere adeo cōp[er]it, ut  
templum exstruere necessum fuerit. Itaque  
emptæ magna ades vertuntur in primum  
templum, accurrunt fidelium plurimi ad  
verbum Dei audiendum: fidem amplectū-  
tur multi. Quidam rem sanctam, & planè  
diuinam esse legem Euangelicam fatentur,  
verum donec magis Meaci diffunderetur,  
non putarunt amplectendam. Rebus hoc  
modo ad annum prospere succidentibus,  
insurgit iterum dæmon inuidus, nouam  
nobis, & magnam excitans persecutio[n]em:  
congregatis enim suis Bonzis, plebejū sibi  
magis addicta, Gubernatorem quendam  
urbis cum tribus Senatoribus in nos con-  
citauit, qui ut urbe quanto possunt maxi-  
mo opprobrio, nos exturbarent, statuerunt:  
& hac omnia clam illo domino urbis pri-  
mario moliti sunt, qui nobis eam faculta-  
tem non modo concesserat, ut tutio ac liberè  
predica-

predicaremus, verum etiam cito cauerat.  
Sed dominus non dereliquit suos: subolfecit  
enim hec vir quidam nobilis, isq; primario  
illi urbis Principi rem omnē aperuit. Signi-  
ficare itaq; nobis iussit, ut furori ad tempus  
cederemus, urbemq; exiremus, in quoddam  
suum munitum castrum, donec sese conci-  
tata rabies remitteret: habita hac amici  
Principis sententia, congregatis Christianis  
consultauimus, quid facto opus esset, & in  
hanc sententiam itum est, bonum fore, si ob-  
temperaretur Principis consilio, ex eundemq;  
esse, antequam vi pelleremur: expulsio enim  
famam nō parum minuere, & authoritates  
tali facto legis Christianæ vilescere, & di-  
uini verbi concionatoribus non minimum  
decedere. Cedimus itaq; eadē nocte cum nō  
paucis, qui ad arcem dicti Principis nos co-  
mitati sunt: distabat autem 4. miliaribus.  
Dein ubi ad dies 3. aut 4. delitussemus, nec  
diutius latebra probarentur, Meacū occulte  
rediuimus, abdimur in donum cuiusdam  
Christiani, ubi intelligebamus, qui de nobis  
in urbe rumores spargerentur. Varij enim  
erant, quibusdam afferentibus, nos iniuria,

R ij alij

alijs verò instè, & optimo iure ciectos esse.  
Christiani interea ad me confluebant, va-  
rieg, me solabantur, & consilio iuuabant.  
Visum est omnibus, ut peteremus quatuor  
mensium spacium, ad consultandum, relin-  
quenda esset urbs, nec ne. Conceditur, eaq;  
res effecit ut remanserimus. Prodimus itaq;  
iterum in publicū, cum magna fidelium leti-  
tia: templum quoq; non sine gentiliū gaudio  
restitutū est, ut immerito nos fuisse vexatos  
intelligerent. Securitatis itaq; fide ab ipsis  
persecutoribus, ut dixi, habita, eis iam triū-  
phum canerent, existimantes se assecutos,  
quod moliti essent, placuit Deo domino no-  
stro, cùm neg, nos in re tanta essemus ociosi,  
ut itidem ibi quod intēderamus, nimirum  
perpetuos sedes assequeremur. Intellexerat  
enim vir ille primarius, quāta passi essemus  
Senatorum & Bonzorum technis, queque  
illi contra fidem publicā, decretumq; nobis  
concessum tent:issent. Quare tutos nos red-  
didit ab ipsoru machinationibus altero de-  
creto, scriptisq; firmissimus, & quibus pro-  
fus contradici nequeat constitutionibus, ac  
ne quis iterum turbaret, severissime inter-  
dixit.

dixit. Accessere quoq; ad partes nostras nō nulli Principes, viri qui (Deo volente) nos suo fauore tutati sunt. Hinc persecutores nostri remissiores non solum facti, verū etiā partibus nostris fauere cœpere, quos dū incitat dæmon in nostram perniciem, & nos securiores, fidesq; ut in minori periculo versaretur, effecit, ac tantum abest, ut nos hinc ciecerit, ut etiā firmata habitatioe ex illata iniuria videatur perpetuam ignominiam contraxisse. Multa, fratres charissimi, hic in dæmonū cultu animaduerti, quæ ad more diuini cultus cōmunis ille generis humani hostis effinxit, spero vobis nō ingrata fore, si ex multis pauca retulero. Sed si grata nō erunt, certè hoc assequar, ut animaduertētes tantā cœcitatē, qua hic passim animæ misérè deluduntur, suo redemptori cōmendetis, quò eos à tā misera vīdicet tyrānide.

Igitur ipsam sanctiss. Sacramenti sacram solennitatē dæmon adumbrare voluisse vi-sus est, festo quodam hic in Augusto celebri, quod Guiuon, ab idolo quod tūc veneratur, nominant: Idq; in hunc modū. Artificibus distribuit nescio quas adinuētiones, quibus

Dæmonis  
cultus va  
rius ad  
similitus  
dinem  
veri.

R iiij Suppli-

supplicationem, quæ manè prodit, ornant:  
 inter cetera vero sunt currus aliquot, ut  
 nostri triumphales (pegmata vocantur) ijs  
 à quadraginta hominibus feruntur, sericiis,  
 & alijs preciosis pannis, arboribusque pra-  
 altis adornati, atque in ijs pueruli canen-  
 tes tympanis, fistulisq; perstreput. Populus  
 vero & artifices, ut quisque currum appa-  
 ratur picturati vestibus, lanceis, hastis qua-  
 rum cuspis ensis est, securibus, alijsq; id ge-  
 nus instructi, eum sequuntur, etiam pictura  
 circumferuntur non adeo ab antiquitate ab-  
 borentes, quæq; non ingratum intuentibus  
 spectaculum exhibeant, etiam serica, quibus  
 plurima, velantur. Atque hoc modo ad tem-  
 plum Idoli cui haec instituuntur, omnes te-  
 dunt, totumq; tempus matutinum his teri-  
 tur pompis & ceremonijs. A prandio ve-  
 ro iterum egredinntur, qui lecticam quan-  
 dam gestant sui Idoli, quam simulant se  
 non facile portare posse, quod Deus ille, ut  
 perhibent, in ea degat. Hanc magna plebs  
 veneratione adorat. Fertur & alia, quam  
 concubinae Idoli esse fabulantur, in eam-  
 que misere miserum Deum deperisse olim,  
 comi-

Idoli cōs.  
 cubinæ.

comitēmque itineris, quod iuuenula esset, delegisse. Dein alia lectica occurrit, quam uxoris Idoli esse commentantur: Baiuli vero ubi percipiunt Idolum cum sua concubina adesse, in diuersa feruntur, hoc atque illuc palantes, finguntq; uxorem stultam, stolidamq; esse, ac merore dementatam, quod intelligat maritum & pellicem aduentare. Hic in populo gemitus audias & suspiria, tanquam quisque Deæ sua condoleret: alijs deflent afflictam, alijs in genua procumbunt, miseramq; adorant. Tandem coniunctis lecticis templum ingrediuntur, finisq; imponitur supplicationi.

Aliud quoddā festum celebrant, Bem-nella nomine, quo velut simia, damo imi-tari voluisse videtur celebritatē illam om-niū fidelium defunctorū, qua Christiana pie-tas iusta suis facit, qui iam vitam cū morte communiarunt. Eodem Augusti mense hac sua parentalia barbari faciunt: nam 15. die luna, circa 14. horā, que fortè tertia est, ab orto sole incipientes, vesperi omnibus vicu-lorum partibus candelas accendent, additus quām possint elegantissimus picturis, alijsq;

Aliud se-stum ani-marum simile Bē-nella di-ctum.

R. iiiij orna-

ornamentis, totaq; nocte hinc illuc per plateas obambulant, quidam affectu pietatis, quo erga defunctos mouentur, alijs vero curiositate excitati, quæ sunt, spectatum accurrunt. Inter cetera maximè ridiculum istud imprimis referam: Hoc die qui mambus dicatus est, circa vesperam frequens populus exit, ut excepturus quodam in loco suorum defunctorum animas: quò ubi ventiū

**Animab<sup>z</sup>** est obuias sibi animas fieri persuasum habent: alijs ortuā, alijs vermiculos pastaceos, alijs fructus, alijs aliud: & qui nihil habet, aquā calidam animabus offerunt, ac venientes

**Collo-**  
quiū cum  
**animab<sup>z</sup>.** blandissimis verbis excipiunt: Venite fatus, gratulamurq; fælici aduentui vestro, adeatis expectate, multum elapsum est tēporis, à quo iniicē non vidimus, defatigatae estis ex itinere, sedete, quiescite, comedite buccellā aliquam, taliq; affabilitate erga animas utuntur, cibos huīni apponūt, herētes ibi ad horā unā, non secus atq; soleat iij, qui fessus, & cibi aliquid sumētibus, veluti operiētes adstant. Euoluta deinde hora, ut domum secū veniant innitant, sese præcedere, ne quid desit paratueros: unde domū reuersi, mensam instruunt

instruunt instar altaris, oriza, alijsq; ad vi-  
 ctū necessarijs, idq; ad biduū, dum finiatur  
 festum: ultimo verò die ortis tenebris in-  
 gens est hominum turba facibus accensis  
 ad montes & planos campos euntiū, ut lu-  
 men prabeant, sicuti afferunt, animabus ad  
 sua renescātibus, ne foriē lumine destitutæ  
 aberrēt, vel offendant, vel aliqua inter re-  
 deundum mora detineantur: dein domum  
 regredi, multa saxa in testa torquent, ti-  
 ment enim ne qua anima vagabunda for-  
 tè in tectis federit, à qua sibi metuunt, ne  
 quid mali inferatur: non desunt tamen qui  
 tanquam misericordia moti ipsis condolēt,  
 minimas esse aiunt & innoxias, nihilque  
 periculi esse, si turbe diutius maneant:  
 quidam per instantes pluias in plateis  
 suffocandas arbitrantur. Similia multa si-  
 bi de animarum immortalis conditione per-  
 suadent, adeoque mentibus per huiusmo-  
 di celebritatem fixa harent, ut sit difficil-  
 limum ipsis aliud persuadere: tametsi eo-  
 rum sectæ interitū animarum potissimum  
 astruant. Et si quis querat, cur cibum ap-  
 ponant animis, respondent eas ad parady-  
 sum

Mensa as-  
 nimabus  
 instrui-  
 tur.

Facib⁹ re-  
 ducunt.

sum tendere , quem decem milibus leu-  
rum distatē fabulantur : quare tres annos  
in via hærere , fatigataq; ex itinere vires  
refici cibo debere , ut pergant cœpta via.  
Hoc tempore quoque sepulchra mundantur.  
Bonzi verò genio largè indulgent , ac quic-  
quid pro defunctis , pro quibus sese orare di-  
cunt , offertur , deuorāt : nec est quispiā tam  
pauper , quin aliquid offerat animarum sub-  
leuandarum gratia : nec in humaniorū nu-  
mero habetur , qui huiusmodi officijs nō fue-  
rit in defunctorū usus . Ex his charissimi fra-  
tres , licet colligere , quantis obruantur tene-  
bris : quare lumen ut videant , vestris pre-  
cibus à Deo impetrare .

Festum  
bellicū.

Aliud in Martio festi genus instituit ,  
planè bellicum . A prædio enim in campum  
ingens armatorum turma prodit , Idolorum  
effigies in dorso cuiusque depicta cernitur .  
Deinde in duas acies diuisa , altera alterum  
saxis primo petit , dein sagittis , & sclopis  
sive bombardis , tandem ad lanceas veni-  
tur , postremò gladijs depugnat : multi vul-  
nerantur , trucidantur semper aliqui , nemo  
tamen homicide pœnas luit , quasi tale  
quid

quid exigat festi ac ludorum lex.

Nec mirum videri debet bellicam hanc exercitationem institutam fuisse, genus enim hoc hominū bellicosum est admodum, & bellis delectatur, tum etiam non minus honore, qui armis maximè paratur, pascuntur, quam aëre (ut fertur) Gamaleon: Unde miles qui pluribus capita præsiderit, redditus ampliores acquiret & laudiores, prout quos trucidauit nobiles fuerint ac diuites.

His spectaculis suos diabolus detinet, & falsa religione excusat. Quemadmodum simia humanas actiones, ita catholicam religionem dæmon hic videtur adumbrare suo more voluisse, ut populum sub specie religionis dementaret: multa enim monasteria tam virorum, quam mulierum hic visuntur, verum quemadmodum fide Christi destituuntur, ita quoq; omni virtute & castitate genus hoc monachorum: Quidam enim, quibus à Gippo nomine est, simul cum monialibus habitant, & de nocte preces simul cantat, tametsi in diuersas monasterij missiones sese recipiat. Etiā festū quoddam

cele-

Gippini  
Bōzi mo  
nialibus  
preces  
noctere  
citant.

celebrant, in quo finitis diabolicis officijs, cantibusque, in diuersis tamen choris, eodem tempore cantando prodeunt, & choreas simul ducunt. Peccata grauissima in hisce monasterijs, nefandaque, necnon & homicidia committuntur, ut omnino demon in hunc finem ipsa monasteria confinxisse videatur. Rogate fratreſ, ut Dominus, omni pulsa cæcitate, hos ad ſe conuerat.

**Bonzo.** Plurimas quoque hi religioſi à ſuis rū ſuppli catio ad pluuias obtinen das. *Idolis supplicatione instituta, extorquent, reliquiasque circumferunt, ne non & veram religionem in his quoque imitentur.* Referunt enim ante octoginta annos memorabilem ſiccitatēm, ita ut ad multos dies non pluerit. Institutum proinde eſſe ut Bonzi in ſupplicationem prodeant, cir-

**Veneras** *cumferantque cuiusdam Idoli Xaque legiſlatoris Iapanie dentem: prodit itaque in agros, & turba codices manibus tenens, ſocculisque, & ob æſtum galeris induta.*

**Xaque.** *Transfibatur tum forte & aliud monasterium, ibique monachos quoque ad supplicationem euocabant, ut communibus votis pluuias extorquerent. Respondebant illi, non*

Choreas  
ducunt.

non esse iam tempus pluuiarum : Instare  
bi, ut properarent, se enim Xaque dentem  
conferre, ciusque fiducia de pluia non dif-  
fidere : tantaque erat turba nec inanis fi-  
des, ut etiam ad certamen tergiversantes  
vocare non dubitauerit, hac lege, si non  
obtinerent pluuias, adstringerentur ipsis  
ut seruitia, quotidie ad istud monasterium  
verrendum : Sin vero plueret, illi contra  
sibi obstringerentur in perpetuum huic mi-  
nisterio. Quid sit? Pactum acceptatur, per-  
git supplicatio ad agros, & (sive ita permi-  
xit Deus, sive iam alioqui pluuiarum tem-  
pus instabat) decidit magna vis imbrum:  
obligati que in hoc usque tempus illius mo-  
nasterij religiosi prouocatum verrunt mo-  
nasterium.

Falsis quoque miraculis dæmon huc po-  
pulum ludit, curatq; sibi extrui pro sua su-  
perbia magnifica templa, idq; electo nō hu-  
mili situ, sed colle prærupto, ubi eis apparet  
quadam figura se adorandum prebet, pro-  
priog; se vult compellari nomine: potissi-  
num vero & frequentius apparet in mōte  
quodam admodum alto, qui cimitati immi-  
net,

11. 11. 11.  
11. 11. 11.  
11. 11. 11.

Falsa mi-  
racula.

Dæmos  
nis appa-  
ritio.

net, ubi olim 7000. dicunt suisse monasteria, modo verò s. duntaxat visuntur: quorum unum sumptuosum est admodū, ibiq; maximè ipsum veneratur populus, aique eō turmatim cum eleemosynis accurrit.

Dæmōis  
deceptiones.

Principes quoque bellum suscep̄turi, huic suam commendant salutem, promittentes magnam pecuniarum vim, sacella, & eiusmodi alia. Finito bello magni honoris loco ducunt, si votis satisfaciant: vulgo etiam cùm periclitantur, aut grauius laborant, hunc inclamat, huic se se dæmoni pateris commendant, ad hunc peregrinationes suscipiunt: sibi deuotis sàpè in somnis apparet, persuadetque se ipsos liberaturum, si feruidi fuerint: sin verò tepidè sibi deseruant, nullum successum habitura quæ desiderant: unde fit ut dæmoni si quid succedat, planè attribuant, hinc sedulo ei seruiunt, persuasi, remuneratorem esse ijs qui attentius ipsum colunt, castigare negligentes, aut eos qui offendunt.

Deceptionis  
dæmonis  
Combōdax.

Miseri isti quoque misérè olim fuère decepti à Bonzo quodam Combondaxo, qui, ut ex ijs que narrant, conyccere licet, fuit dæmon

demon humana specie cum ipsis versatus,  
peccata enim enormia, quæ adinuenit &  
docuit, nefanda adeo sunt, ut humana mēs  
ijs inueniendis, & excogitandis non suffi-  
ciat. Alium quoque scribendi modum de-  
dit, quo simul cum Sinensibus utuntur.

Caravit præterea sibi extrui multa inge-  
tibus, & ferè immensis sumptibus templa,  
& senio confectus, monumetum subterra-  
neum, instar criptæ, in quod se abdens, nol-  
le se amplius inter homines versari, nec  
mori tamen, sed quieturum se posthac ple-  
bi persuasit, addens post decem millia an-  
norum oriturum quandam admodum lite-  
ratū, seseq; cum eodem redditū in orbem.  
His dictis curavit se includi cripta: iamq;  
800. anni sunt, à quo hec accidere. Hunc  
populus summè veneratur, persuasusq; est  
hunc adhuc vivere, multisq; apparere: di-  
citur enim in vita magnarum rerum pa-  
tritor fuisse, futura prædictisse, ut res quadā  
calitus demitteretur instar stellarū effecisse,  
& alia eiusmodi falsa miracula. Multa ipse  
eretta sunt tēpla, quæ quotidie à populo, qui  
sese ei nō cessat commendare, frequētatur. Ille  
vero

Enoch et  
Hēliæ, aut  
S. Ioānis  
imitatur  
in coelū  
abitū dæ-  
mon.

verò dies quo sese recondidit, tanta solennitate, tantoque populi celebratur concursu, ut nihil supra.

Alij quoque tres viri Bonzi, doctrinae opinione magni, diuersis temporibus extiterè, quos etiam diuinis dignatur honoribus dementatus populus: quorū unus ante annos 370. magna cuinsdam sectæ author extitit, Icoxom vocant, quam maior populi pars sectatur: que secta caput quoque, & velut religionis principē semper habet, quo mortuo alius sucedat, sīq; primi commentatoris sectæ vicarius: multas hic habet uxores, & peccatis alijs faedissimus scatet, nec tamen peccata habentur. Adeo hunc venerantur, ut eo viso lachrymas emitant, rogantque ut se à periculis liberet: tantisque abundat pecuniaria thesauris, que ipsi offeruntur, ut maior totius Iapaniae gazæ pars in huīus sit potestate. Singulus annis quoque huic festus celebratur dies, tantaque vis confluit populi, ut plurimi dum value aperiuntur, certatim, aceruatimque intrare contendentes, conculcentur: verum beatus habetur, qui sic perficit,

perit, usque adeo ut quidam sponte sua ante portam cadant, pedibusque conterantur. Hic de nocte ad populum concionem habet, tanta solennitate ac religione, ut lachrymas profundant: ut dies ille, si cum nostris conferatur, in quo Christus sua morte genus redemit humanum, videri possit. Ante lucem pulsū quodam significatur, quando populus in templum admittendus sit.

Fuit & alius Bonzus Hiquirenum, ante annos trecentos auther sectæ Ioquexana, multos & ille habens sectatores: hunc ut sanctum venerantur, fabulanturque, cum suam populo proponeret doctrinam, & adversarij caput ipsius vellent amputare, cæcitate percussos fuisse lumine quodam quod ex ipsis corpore resplendescebat: aliisque huiusmodi indigna, que hic referuntur falsa commemorant miracula. Hinc fit, ut quod ad CHRISTI fidem perducere nituntur, miracula quoque à nobis exigant: que sane (si Deo ita visum esset) necessaria videntur. Rogate, Patres, Dominum, dum sacro sanctum illud sacrificium offer-

tis, ut seruis suis id concedat, quod his tot animabius, quæ erroribus iam dudum misere inuolute, percutunt, optimum sit & presentissimum.

Hæc sunt charissimi, quæ in hisce regionibus vidimus, quæq; Deus in plebis conuersione per nos egit Meaci. Modò Saquaiae dego, Meaco literis M. Cosma Torres auocatus, quod hic magna oportunitas est ad fidem Christi propagandam.

Saquaiæ  
descrip-  
tio.

Civitas hec magna est, populus diues, & boni ingenij: statim ad legem audiendam multi confluxero, eamque nonnulli quoque sunt amplexi, nec deest spes magni fructus, si successum dederit Deus, ingentia hinc in uniuersam Iapaniam diffundetur commoda, quod ciuitas pacata sit, & ob loci situm, populique multitudinem, & amplias opes inexpugnabilis. Quare belli tempore omnibus rebus perturbatis, hoc quoque nos recipere licebit, & rebus nos seruare secundis in communem utilitatem. Inter multa quæ in hac urbe vidi, unum tantum prolixitatis vitanda gratia narrabo.

Vigesima nona Luna Iulij festum quod-  
dam ce-

dam celebrant in honorem Daïmiorgini  
cuiasdam Imperatoris olim serui, quem  
ante annos 600 floruisse asserunt, sanctita-  
tis nomine celebrem, unde sit, ut pro  
sancto quoque colatur, & non pauca tem-  
pla eidem erecta sint. Festum celebrant  
hoc modo. Plateæ cuiasdam oblongæ v-  
triusque caput trabibus transuersum se-  
piunt, ne quis transeat, videat tantum.  
Deinde hoc à miliari hominum multitu-  
do ad hanc pompam instructa procedit,  
quam Idolum quoddam equo prouehitur,  
strictum habens gladium: sequitur pedisse-  
quus, arcum cum pharetra gerens, deinde  
equus accipitrem vehens, postremo equi-  
tes multi, & ipsi cum pedissequis, insigni-  
bus picturati, & armis, instrumentisque  
instructi bellicis: pedites vero choreas du-  
cendo procedunt, cantantes hunc versiculū,  
Xenzaytaquin Mansaytaquin, hoc est:  
Mille anni delectationum, & mille mil-  
lia annorum laetitiae, cum tanto gestu &  
iubilo, ut mirum sit. Is vero ordo obserua-  
tur, ut inter equites & equites intersti-  
tium viginti aut triginta peditum capax

S y relin-

relinquatur: verūm ob magnum populi concursum, centum plerumque deprehenduntur: multi enim vount se ad futuros supplicationi. Post equites Bonzi cantantes sequuntur, albis induiti uestibus: hos nosiles equis vecti, & mitris capite redimiti. Plateam hi ingrediuntur cum quatuor aut quinque veneficis, equis quoque insidentibus, que ornatae admodum sunt, canentes etiam inter quos multæ aliae mulieres: sequuntur deinde decem viri armati, ut lecticam inauguram accipient ad agros portundam, Idolum cui festum instituitur, in ea recepturi, quam 300. alijs viri sequuntur. Cantat omnes, finisque cantionum est is quem iam diximus versus, mille anni delectationum, & mille millia latitie. Uniuersus populus lecticam adorat, numulos, aliaque spargentes. Postremo ad templum idolo relato, suam quisque repetit domum.

Similes insanie plurimæ hinc passim videntur: Placeat semel diuinæ bonitati tanta animarum internecioni obuiam ire. Heretib[us] hinc ad menses quatuor post Me acum me conferam,

conferam, CHRISTI Nativitatem celebraturus cum Neochristianis: dein circa Martium Saquiam revertar, hoc enim modo viciſſim viſenda ſunt nouelle vineæ Christi, donec alij veniant, qui hiſ colendis labores fuſcipiant. Exhortor vos fratres chariſſimi, ut prepaſretis vos tanta meſſi, ſi unquam enim regio ad Christum fuſcipiendum apta viſa eſt, haec vel maximè vi-detur: lingua non adeo eſt diſſicilis, quin etiam rudior quis, ut ego facile addiſcat.

Imò ego magna ex parte iam didici, ut cunque certè eam intelligo, et ſi diſſicilis eſſet, ſatis iam librorum, qui hoc idiomate conſcripti ſunt, iisque de diuinis rebus, quoſ dum legimus, auditoribus ſatisfit. Tantum quaे neceſſariæ ſunt virtutes, humilitas eſt & patientia, ad tolerandum quicquid Dominus noſter I E S V S per-miferit. Hos dabit Dominus ijs qui ex ani-mo ad iſpſius ſeruitium ſe accingunt.

Venite itaque fratres, Deus per vos ma-gna operabitur. Hac ſcribenda occurrere, ſuper eſt veſtris praecibus & ſacrificijs Deo Optimo Maximo tot pereunteſ animas,

meq;

mēque inter eas versantem, & à vestro  
santo consortio procul dis̄sum commen-  
detis. Deus animas nostras inhabitet,  
ac largiatur, quō sancte ipsius vo-  
luntati quam promptif-  
fime obsequa-  
mur.

Saquaiæ 17. Angusti 1561.

Seruus inutilis Societatis Iesu

Gaspar Vilella.

## CARMEN AD Lectorem.

**Q**uis nouus Europæ se rumor fundit in oras,  
Quamq; alio natam narrat in orbe fidē?  
**N**one ea nata fides nunc primum, lector: at olim  
Hec fuit à prisco tempore culta patrum.  
Exulat illa, nouas queritq; per æquora sedes,  
Et vi non multa Barbara regna capit.  
Barbaries etiam iam Christum agnoscere cœpit,  
Nostraq; plus aquo est Barbara facta fides.

Hei

Heim mihi qui suimus? quæ tēpora vidimus olim,  
 Cūm prīscæ studium relligionis erat?  
 Cessit relligio, succedit visq; nefasq;  
 Et latè prædas Barbarus hostis agit.  
 Prædas hostis agit, Templumq; arasq; prophana:  
 Quò pietas abij? quo pietatis honos?  
 Deseritur pietas: hominum sic noxa meretur:  
 Noxa fidem pepulit, bellaq; tanta ciet.  
 Bella ciet: parum id est. Tēplis idola reducit:  
 In loca Barbaries ultima pulsa redit.  
 Dicā euidē: Iaparas prorsus quis norat et Indos?  
 Hi quid non nostræ religionis habent?  
 Quæ modo gētis erant, & quanta piacula dirus  
 Infantum secuit viscera viua pater.  
 Tum quisq; Idolis quem nō impendit honorem:  
 Sed modo qua Christum non pietate colit?  
 Vincimur ingenuè dicam, sed vincimur, error  
 Confirmatq; malos, debilitatq; bonos.  
 Disce fidem lector gentis, moresq; priores:  
 Quos varia miros cognitione leges  
 Atq; utinā quæ sunt quoq; nostra piacula discas,  
 Sic ut fructum aliquem, dum legis ista, feras.

